

MARBODAEI












Magni Alberti secreta mulierum ꝛ virorum: philosophi decantatissimi: nuper iuxta veritatem veterum exemplariorum correcta et emendata.

PETRVS CHAMAILLARD SENOMENsis, Stephano lupo salutem.

Tu qui fœmineas conaris scire latebras
Ac secum pauidum gesta latente uiro,
Hunc lege, tū uero cognosces carmine causas
Non tamen in cunctis est adhibenda fides,
Sed quia scire bonū est., non cūctis semper abuti
Quæ prodesse queunt carpere rite potes
Cœrula non tot habent squammosos equora pisces
Quam faceta istud dicta uolumen habet.



SCribit philozophus phorum princeps. homo est optimum eorum que sunt in mundo: et mundus sumitur hic pro omnibus contentis in spera actiuorum et passiuorum scilicet pro elementis et elementatis: in isto presupposito probatur propositio sic. Illud est optimum cuius generationis cause sunt nobilissime: sed sic est de homine. ergo etc. Maior patet quia effectus sortitur nobilitatem ex causis. Minor probatur de materia hominis. Unde materia hominis secundum medicos ponitur esse menstruum mulieris cum spermate viri: quia illa ambo intrant cōpositionem hominis: sicut lac coagulatur sub materia casei. Sed philosophi naturales ponūnt q menstruum mulieris sit materia et semen viri sit effedus. Ita q semen uiri se habeat ad menstruum mulieris: sicut artifex ad artificium: et vt attestatur. Auerroys vij. methaphisice disgressionibus de ydeis. Item phūs. v. methaphisice. t. x. dicit q sperma viri ad causam effectiuam reducitur. et quocumq modo dicatur. semper patet q materia hominis est excellentissima et inter omnia semina nobilissima. Secundū probatur. Illud est optimum quod in suis partibus assimilatur corpori nobilissimo: sed homo est huiusmodi. ergo. etc. Maior patet qa assimalatio sequitur naturam rei. Minor probatur: quia homo assimilatur celo: quantum ad quindecim signa zodiaci: quorum tria sunt calida virtualiter. s. Aries. gemini. leo. Illis correspōdent tria membra in homine. s. cor epar et testiculi. Item tria frigida. scz. cancer. taurus. et virgo. et illis correspōdent intestina visica dyafragmā. Item tria sunt humida. scz. Scorpio. aquarius et pisces: quibus correspondent cerebrum stomachus et pulmo. Item tria sunt sicca. scz. Capricornus. sagittarius. et libra. quibus correspondent tria membra splen. fel. et renes. Unde dicit phūs xij. metaphisice q totum celum est sicut vnum compositum contiguum: igitur debent

esse inclinati ad noticiam presentis libri qui tractat de generatione humana. Cuius causa efficiēs dicitur fuisse Albertus magnus qui fuit sufficienter tritus siue literatus in experimentis: et a mulierib⁹ informatus: Et maxime in libro de animalibus: Et supponitur philosophie naturali: quia est vnus liber de paruis naturalibus: et non pure naturalis: sed partim medicinalis.

¶ Secreta mulierum et virorum que Alberto magno inscribuntur.

¶ Dilecto sibi in Christo socio et amico N clerico: vere sapiētie: et vite presentis continuum augmentū.

CUm tua fauorabilis et gratuita me rogauit societas: vt quedā a nobis que apud mulierum naturam et conditionē sunt occulta et secreta lucidius manifestarē. Visa itaque petitione tua: nulla pigricia me a cōpilatione breui et compendiosi tractatuli de impetrata materia retraxit: sed pusilla et iuuenilis mens que secundum eius possibilitatem et temporis oportunitatem ad aliena detrahit. Nihilominus tuo cupiēs satisfacere appetitui: hanc epistolam in qua plurima de impetratis inuenies: scribo stilo partī physyco: partim medicinali: prout materie com-

petere uidetur. Ea conscripsi rogans tuam constantiam: vt in hoc opere celans sis: nec aliquem pueri lis vel iuuenilis etatis nisi cō iugati sint ad presentia ꝑuenire permittas. Quod si feceris promitto plura de his ꝛ aliis tibi manifestare: ꝛ simul cum arte medicinali ad te trasmittere: que prolixius describam domino concedente.

Istius libri subiectum est ens mobile cōtractū ad naturam mulierum: vt ipsis infirmantibus possimus dare remedia: ꝛ ipsis confitentibus scire dare penitentias debitas ad delictum: Et diuiditur in duas partes scilicet prohemialem ꝛ executiuam. Pars executiua ibi. Sicut scribit. ꝛc. Primo auctor salutat personam cui scribit dicens. Ego Albertus morans Parisijs. Dilecto sibi in Christo socio ꝛ amico. Ubi tangitur causa efficiens mouens ꝛ mota: mouens fuit quidam sacerdos qui rogauit dominum Albertum vt sibi scriberet librum de secretis mulierum. ꝛ hoc ideo: quia mulieres sunt tempore menstrui venenose. ita ꝙ intoxicant animalia per visum. inficiunt pueros in cunis: maculant speculū bene tersum: ꝛ quandoꝗ faciunt coeuntem cum ipsis leprosum fieri: quandoꝗ cancrosum. ꝛ quia malum non euitatur nisi cognitum: ideo necesse est volentibus abstinere cognoscere īmundiciam coitus: ꝛ multa alia que docentur in illo libro: ꝛ sic Albertus videns ꝙ iustum peteret consensit ei. Et sic tangitur causa efficiens mota cum dicitur scribo. ꝛc. Nota. Sapientia est cognitio dei ꝛ perpetuorum effectuum. Et ideo dicit philosophus in prohemio metaphisice de deo proprie non est sciencia: sed sapientia. Ita nihil melius est in hac vita: quia mediante ista sumus felices. Teste auerroy in prologo quarti phisicorum. Ideo auctor scribit continuum

augmentum presentis vite: ꝛ bene scribit sibi istaꝛ quia homo mediante sapientia redditur laudabilis deo ꝛ hominibus. Ultra subdit causam que posset ipsum excusare a labore huius facti: patet sententia in textu. Nota ꝙ auctor dicit ꝙ mens iuuenilis ꝛ pusilla ipsum retraxit. vbi euitat arrogantiam: quia mens dicitur parua que paruis condicionibus cognitionꝫ est imbuta. Unde intellectus proprie nō est paruus per se nec per accidens: quia intellectus non extenditur extensione nec minoratione. Nota ꝙ appetitus est triplex .s. naturalis animalis ꝛ intellectualis. Ad propositum dicit litera appetitui: glo. idest naturali intellectui. Unde ille sacerdos appetitu naturali appetiuit cognoscere naturas mulierum. Unde homines natura scire desiderant idest metaphisice. Item appetiuit appetitu intellectuali: quia vtilitatem cognitionis earum

Prologus.

☞ Sicut scribitur ꝛ de generatione: Animalium generabilium generatio sempiterna est circuitu. Causam autē sempiternitatis n generatione animalium ostendit phisicus. 2. de anima dicens. Naturalissimum operū est vnumquodqꝫ sibi simile generare: quatenus diuino ꝛ immortali esse participēt: Q. d. omnia appetunt vt ipsa permaneāt: non idē in numero: sed idē in specie. Propter quod dicit commentator. 2. de anima: quod sollicitudo diuina videns ipsum hominē non posse permanere idem in numero: miserta est ei in dando virtutem: qua potuit in specie permanere. Et subdit: Hoc enim non est dubium: quin melius habere hanc virtutem: quam

non habere vel non esse.

Hec est pars executiua qua auctor prosequitur intentum suum ponendo duas propositiones videntes: sibi ad propositum et ad rem ipsam competentes. Et diuiditur in tot capitula et partes quot patebunt per ordinem. Nota generatio animalium perfectorum sempiterna est: et talia sunt de perfectione vniuersali idest ethi. Sed dubium videtur: quia quedam animalia sunt quandoque penitus corrupta. sicut quidam vermes et musce in hyeme. Dicendum est quod sit corrumpuntur in vno climate: tunc generantur in alio secundum Albertum. Et in cōmento sup primo posteriorum. Uel dicendum est quod generacio animalium que sunt de perfectione vniuersali: illa est sempiterna: sed stante prima solutione: dubium est an illa animalia sint de perfectione vniuersi: quia melius esset multa animalia non esse quam esse: scilicet serpentes et animalia que intoxicant. Dicitur quod bonum est ea esse vt absorbant immunditias terre: quia si non absorberent interficerent aerem: et per consequens hominem. Unde natura nihil sustentat sine causa rationabili ex textu illo patet: quod castitas est peccatum nature. licet hominum sit via moris ex precepto legis: quia per castitatem animal non generat sibi simile. Nota per sollicitudinem diuinam non potest intelligi deus: quia ipse non curat particulari secundum Auer. xij. metaphisice: ergo per sollicitudinem diuinam intelligitur corpus celeste: quod de sui natura appetitu naturali appetit conseruare ista inferiora: tamen mediante regimine intelligentiarum. vnde comentator: xij. metaphisice opus nature est opus intelligentis non errantis. Utrum generatio animalium posset animalia conseruare in esse specifico semper. Et dicitur quod non. quia si sic. ergo species esset generabilis quod est falsum. falsitas patet quia species est ppetua. Dico quando generatur indiuiduum hoc vel illud tunc genetur

natura specifica subesse hoc signato: ꝛ secundum partem licet non generetur secundum totum ambitum. Unde nota ꝙ natura occulte operatur in vniuersalibus: vt dicit Gilbertus porretanus in suis sex principijs. in. c. i. scꝫ in c. de forma. ꝛ quia producere intendit naturam vniuersalem. scꝫ hominem in communi vel equum: ꝛ tamen producit particularē: vt Sortem: quod prouenit ex eo: quia inuenit materiam quandam ꝛ signata hoc loco determinato: ꝛ ideo si inueniret totam naturam simul: producent omnem hominem simul: sed quia inuenit vnam porcionem menstrui huius vel huius mulieris: ideo producit hunc vel hunc hominem particularem.

☞ Causa autē quare ista animalia ꝛ precipue homines secundū eandem naturam ꝛ secundum materiam ꝛ secundum numerum non durant: dicitur ij. de generatione ꝛ corruptione: Quorum substantia corporis nō durat: sed est corruptibilis non possunt eandem reiterare in numero: Sed substātia hominis secundum principia indiuidui accepta est corruptibilis: ideo generatio hominis abijcitur. Quare generatio hominū sempiterna non erit secundum numerum. Nihilominus tamen generatio hominum est perfectissima. Quod ꝓbatur sic: quia homo est nobilissima creatura: quod patet ex intentione philosophi in multis locis philosophie: ꝛ ꝑcipue secundo de anima: Quia quanto plures operationes res habet tāto nobilior est Homo autem per rationem intellectiuam seperatur a numero viuentium: vt patet ibidē

Hoc etiam est de intentione omnium philosophorum precipue Boecij in .ij. de consolatione phisice: vbi dicit quod homines deo sunt similes mente. Hoc etiam patet in .ij. phisi. quia motus capit naturam et speciem a termino ad quem. Cum autem inesse naturam humanam in Sorte vel Platone vel in alio particulari homine existente sit motus qui dicitur generatio: ideo ipsa erit perfectissima inter omnium animalium generationem. Item generatio est de non esse ad. Esse autem maxie appetitur: et precipue ab hominibus: quia hic inter omnes motus excellens est in mobilitate. Et intellige de motu variante aliquid super quod mouetur. Per hoc excluditur primus motus qui est causa aliorum. etc.

Hic probat quod animalia non possunt permanere eadem in numero: sed bene eadem in spetie et precipue homines. Dubitatur vtrum idem indiuiduum corruptum in numero possit regenerari. Et videtur quod sic: quia post triginta sex milia annorum constellatio celi erit eadem per totum sicut iam: secundum platonem et astronomos. Et ideo tunc nos erimus eadem in numero et sedebimus in hac vel in hac scola vel lectorio sicut nunc scilicet in magno anno. Unde plato dixit quod post annum magnum deberet redire athenas et deberet ibi legere. ratio est: quia tota constellatio veniet ita: Ideo redeunte eadem constellatione idem effectus redibunt. Dicendum est stante sententia. Auerrois et Aristotelis. v. phisico. et in libro de generatione non est possibile. ex quo generationes illius non possunt esse tunc inmediate et corruptiones: ideo tempus mediaret. Et ideo vnum

nuo vna mutatione perditur nuo.v.phi. Sed ad dubiu̅ prm̄ est dicendum quod post annum magnum possibile est redire homines multum similes: sic quod vix possint cognosci distincti cum non sunt idem in numero. Sed diceres stante eadem causa materie effectus erit idem in numero. Respondetur quod verum est stante eadem mensura et materia eque disposite: sed sic non est: quia tempus raptim transit et non reuertitur idem numero: sed bene idem in specie. Et potest dici q̄ resolutio hodierna non sit eadē numero cum resolutione que venit post mille vel q̄dringentos annos: quia motus est ens successiuum. Dubitatur secundo vtrum vnum animal possit perpetuari semper. Et respondetur q̄ sic: quia possibile est inuenire aliquod complexionatum in quo elementa sunt reducta ad medium siue proportionem mediam: quia omnis corruptio est a cōtrario: et illa contraria sunt proportionata in summo: ideo non corrumpuntur. Sed q̄ illud sit possibile: probatur sic: quia vbi est maius equale et minus equale: ibi est equale simpliciter. Dico q̄ non est possibile illud dare: quia omne mixtum mouetur per naturam elementi predominantis idest celi. sed ad rationem vbi est maius equale et minus. etc. Respondetur q̄ verū est put equale sufficit et prout est possibile. vnde mixtum equale in humore secundum iusticiam est ponēdum: sed non est dare equale secundum quantitatē molis: quia terra semper predominatur pluribus mixtis. Aliter dicendum: supposito q̄ tale mixtum secundum omnem qualitatem elementorum sit ponderes adhuc: esset corruptibile ab extrinseco. scz a virtute celesti: quia posset mediante aqua frigida infrigidari et sic redire ad hoc scz ab equalitate humorum et hoc modo corrumpi. Nota quod litera dicit: homines sunt similes deo mēte: illud patet quia homo per scientiam fit diuinus. Seneca vir speculatiuus est deo similis et amantissimus. patet illud. ij. me=

tha. vbi dicit Arist. In hominibus est delectatio pau co tempore: quam intelligentie toto eterno pficiũt Et intelligit per hoc cognitionem dei in qua est maxima delectatio. Nota q omnis delectatio fit per quandam assimilitudinem siue assimulationem cognoscentis ad cognitum mediante forma exemplari cognoscentis ergo quanto plus homo cognoscit de deo: tanto plus vel magis assimilatur. Litera dicit Inter omnes motus generatio est nobilior: sumendo de edictione anime: siue formatione fetus in vtero: ⁊ quomodo fit motus videbitur. Pro quo nota q motus est duplex: quidam est motus qui abijcit aliud a substantia: sicut calefactio aque abicit frigiditatem ⁊ mouetur de albo in nigredinem. Alius est motus qui non abicit aliquam pfectionem a substantia motus: sicut motus celi qui non facit aliquid corrumpi a substantia celi. Modo generatio est motus abiciens aliquid a substantia rei: quia menstruum quod mouetur ad formationem hominis transmutatur. Unde Auerrois 1. phisi. dicit. In generatione hominis pars spermatis non cessat corrumpi: ⁊ pars hominis generatur, donec tota forma compleatur.

Capitulum primum.

Postq̃ sermo noster premissus est de his que intentionẽ auditoris ad styli materiam inclinant: oportunũ est ad opus ipsum descendere: ⁊ primo de materia embrionis videre. Circa quod notãdum est diligẽter ⁊ memorie cõmendandum: q omnis homo qui generatur: naturaliter ex semine patris ⁊ menstruo matris generatur: secundũ intentionem omnium philosophorum ⁊ medicorum. Et dico medicorum: quia Aristo. nõ

posuit semen patris in substantiam fetus cedere: sed dicit fetum tantū procedere ex menstruo: et postea ponit ipsum vaporaliter exhalare. Medici autem dicunt totum semen tā ex parte patris (quod sperma dicitur) quam matris (quod mēstruum dicitur) cedere in substantiam fetus.

Capitulum secunde partis executiue in quo vult aggredi materiam scilicet ad ostendendum generationem embrionis siue fetus. Nota controuersia est intra medicos et philosophos: nam philosophi dicunt quod semen viri coniunctum menstruo muliebri habet se ad menstruum mulieris tanquam artifex ad artificiū. Unde sicut carpentarius solū est efficiens: ita quod materiam domus alterat et disponit: sic etiā sperma viri alterat menstruum mulieris: ad formam hominis. Et hoc ponunt ideo: quia uidēt patre corrupto fit generatio hominis et transmutatio seminis mulieris: ergo est ponere efficiēs quod patre corrupto mēstruum mulieris transmutetur. Et quia finis est effectus non coincidunt: ideo sperma viri non intrat materiam: sed medici dicunt oppositus: videlicet quod homo fit ex nobilissima materia: ideo semen intrare sub materiam fetus mulieris quia menstruū superfluum est secunde digestionis: sed sperma viri est melius coctum et digestū: ideo oportet ipsum subintrare materiam fetus et substantiam: quia uidetur quod fetus aliquando assimilatur patri in genitalibus et in multis alijs: hoc non esset nisi intraret substantiā fetus. Itē medici dicūt quod in semine viri sit quīdā spiritus gignens qui penetrat totā materiam seminum coniunctorum: et ille spiritus est formatiuus omnium membrorum: tanquam faber ferrum cum malleo

disponit: sic ille spiritus disponit et malleat oia membra et per ipsum saluatur principiū efficiens: sed philosophi ponunt sperma viri exhalari vaporaliter: quia matrix est membrum valde porosum: et si post formationem fetus calor solis fecit sperma viri exalare et recedere ex matrice per poros. Sed quod sit porosa patet: quia puer per poros sumit nutrimentum: etiā patet quia est pellis: et quelibet pellis est porosa in animali quia aliter sudor non posset exire sine pena quod est falsum: quia in calore pori aperiuntur: et tunc sudor exit: et tunc ei iam exeunt pili per poros. Nota embrio est quedam massa carnea ex istis seminibus congregata: et ista massa carnea alteratur ad formationem fetus.

Embrio quid sit

His visis et accepta vna parte opinionis. Aristo. vel medicorum. Uidendum est per quem modum et quo modo illa semina recipiuntur in muliere. Unde mulier cū in coitu fuit cum viro: similiter in eodem tēpore emittet menstruūm in quo vir sperma: ita quod ista duo semina in vulua mulierum simul et vnum alteri incipit commisceri: et tunc cōcipit mulier. Concipere autem vocatur quādo ista duo semina in matrice et in tali loco deputato a natura ad factum recipiuntur: postq̃ vero illa duo semina recepta sunt: matrix mulieris clauditur tanq̃ bursa ex omni eius parte: ita q nihil de semine recepto potest perdere. Et cum matrix sic vndiq̃ fuerit clausa fit tentio mēstruorum in muliere.

Hic auctor exequitur formationem fetus et primo facit hoc: secundo ponit notabile ibi. iuxta quod

notandum. Nota si vir prius emittit sperma q̄ mulier menstruum: tunc non fit conceptio. Item si ambo simul emittunt: ꝛ si semina non sunt bene conformia ꝛ bene disposita: iterum non fit conceptio: vt si semen viri nō sufficienter fuerit calidum: ꝛ ideo qui raro coeunt: cito generant: quia sunt calidi valde. Nota vulua dicitur quasi valua: quia est ianua ventris: ꝛ eius vltima pars dicitur mēbrana: quia membrum ani. idest finis vulue ꝛ ita matrix clauditur sicut vna bursa: ita quod secundum auicennam vna acus intrare non posset: quia gaudet ex calido recepto nolens perdere. Nota quod mulier emittit mēstruum ꝛ etiam recipit ꝛ sic magis delectatur in coitu ipso viro. Sed oritur dubium vtrum abscissis testiculis posset aliquis generare ꝛ videtur quod non quia deficiūt vasa feminalia per que vasa semen deferri debet. In oppositum expertum est: quia thaurus abscisis testiculis generat. Dico quod uno adhuc generare posset: quia potest emittere materiam spermaticam: licet non eque bene. Unde si semen emissum ad terram poneretur ad matricem possibile esset quod conciperet. Unde sepius contingit quod in balneo vbi spermatisat muliere presente quod sine coitu ipsa concipit quia vulua est maxime attractiua: ꝛ quia semen adhuc est vigorosum ꝛ non exalatum: ideo producere posset fetum. ꝛ hoc expertū est. Nam si cattus spermatizaret super saluiam: ꝛ aliquis comederet de tali saluia: tunc ex illo spermate generarentur catti in ventre viri: ꝛ catti per vomitū essent expellendi.

☞ Iuxta quod notandum ꝙ menstruū in muliere nihil aliud est q̄ superfluum alimentum: quod in substantiam rei aliunde non recedit: sicut est in viris sperma: vocatur menstruū in muliere: ideo: quia fluit in quolibet

menſe adminus ſemel: cum mulier tante eta-
tis fuerit. hoc eſt xij. xiij. xiiij. annorum: ⁊ vt
frequenter accidit in decimo quarto. Et inci
pit fluxus menſtruorum eſſe in quolibet mē
ſe propter nature purgationem. Quibuſdā
vero accidit iſte fluxus in nouilunio: quibuſ
dam poſtea: ita non omnes mulieres in eodē
tempore paciuntur iſtum dolorē. Et dico do
lorem: quia in alio fluxu omnes differenter
paciuntur: quedam plus quedam minus: a q̄
buſdam vero tranſit diutius: ⁊ hoc ſecundū
exigentiā ⁊ cōplexionem nature mulierū.

Hic autor ponit vnum notabile: vt patet in textu.
Dubitatur quare fluxus ſpermatis non fit menſtruo
ſus ſicut menſtruum. Reſpondetur quod ſperma ſiue
ſemen viri eſt magis decoctum ⁊ ſubtile: ideo natu-
ra non libenter reijcit: imo conſeruat ad generatio
nem: ſiue ad nutricionem ſi indigeret fetus. Dubita
tur quare vrina ⁊ ſtercoriſatio ⁊ ſudor non ſequant̄
motum lune ſicut menſtruum. Reſpondetur quod
vrina ⁊ immundicie fiunt omni die ex ſuperfluitate
cibi ſecundum magnam groſſitudinem ⁊ maiorem
quantitatem. Ideo opus eſt quod quotidie expelli
debeant. Nota iuuenes mulieres ſunt multum hu-
mide. ideo libenter menſtruant in principio menſis
⁊ ſeniores in fine: quia minus humide ſunt. Nota q̄
mulieres nigre minus habent de menſtruo q̄ꝫ mu-
lieres albe. quia omnes mulieres ſunt flegmatice
complexionis tamen vna magis alia. Et quanto
magis mulieres vtuntur cibarijs delicatis ⁊ bene pi
peratis tanto magis emittunt ſubtile menſtruum.
Et oppoſitum eſt de pauperis mulieribus groſſis
cibarijs vtentibus. Nota auctor ponit quod in duo

decimo tredecimo vel quartodecimo anno mulier incipit menstruisare. Racio est quia tunc calor etatis puericie deficit: gratia cuius non potest bene consumere humidum nutrimentale. Unde versus. Adde decem ternis sic mulierum menstrua ternis. Ad quinquaginta durat purgatio tanta. Nota quod mulier mediante menstruositate purgatur quia humidum superfluum recedit: a quo grossi humores resoluerentur si maneret: ideo mulier non est apta ad disciplinam propter grossitiem spirituū cerebri opilantium ⁊ hebetantium. Et nota ꝙ coitus mulieribus protanto est proficuus: quia superfluum frigidum emittitur ⁊ calorem recipiunt qui temperat earum frigiditatem: oppositum est in viris. Unde mulieres multum coeuntes non sunt breuiores vite adeo sicut viri. Hoc attestatur natura passeris: qui propter sepe coire moritur.

☞ Sed ex his que dicta sunt oriuntur plura dubia. Primum est vtrum ille fluxus fiat per calorem sanguineum vel per aliquem aliquem alium. Iuxta quod notandū ꝙ in omnibus mulieribus.·:preterꝙ̄ in corruptis color menstruorum est sanguineus vt in pluribꝰ. Et dico in corruptꝫ malis ⁊ viscosis humoribus. In his eñi sunt sepe mēstrua liuidi id ē plūbei coloris: quia non loquor de corruptione castitatis: quia indifferenter siue virgines fuerint: fluxum patiuntur: ⁊ signa ad hanc partem: scꝫ ꝙ menstrua fluunt: sunt plura de quibus postea dicetur.

Hic auctor mouet quatuor questiones que secundum ordinem patet in textu. Nota quod fluxus mē=

struorũ est sanguinei coloris: causa huius est: quia menstruum est superfluum secunde digestionis. scꝫ epatis. sed epar est organum rubeum summe calidũ ꝛ ideo assimilatur sibi idipsum in calore ꝛ in forma: inquantum non potest. Sed contra videtur ꝙ menstruum debeat esse album: quia est summe frigidũ: ꝛ frigiditas est mater albedinis. Respõdeo secũdũ Albertum quantum esset de natura menstrui tunc esset album: sed quia eius producens est rubeum. scꝫ epar: ideo sibi assimilatur. Tunc est dubium quare sperma viri non est rubeum cum tamen sit calidum ꝛ bene digestum. Dicitur ꝙ sperma viri est de se rubeum: quia est sanguis tercie digestionis: sed in testiculis dealbatur propter frigiditatem testiculorũ: ꝛ ideo non spermatisat nisi per motum testiculorum calefiat. Nota color rubeus generatur ex eo: quia in humido terrestri humiditas per adustionem humidi consumitur: vt patet in latere rubeo: vnde later ante combustionem non est rubeus: sed efficitur rubeus per consumptionem humidi a calido: ita quod terrestre siccum predominatur. Sic est de menstruo mulieris: eo quod in epate humidum calore epatis non consumitur in sicco terrestri: ideo quodam modo fit rubeum. Sed in mulieribus valde grossis ꝛ terrestribus: tantum est de humido in consumpto ꝛ de terrestri quod earum menstruum est liuidum: idest nigrum. Tertia enim nigra est: ꝛ quia earum menstruum est summe terrestre: ideo sequitur colorem terre: ꝛ quia calor est qualitas secunda derelicta a primis qualitatibus. Exemplum sicut videmus quãdo calidum agit in humidum ꝛ non consumit sufficienter humidum relinquitur color viridis: sicut in piris ꝛ in pomis. Et si frigidum predominatur color est albus: sed si calidum predominatur relinquitur color niger: vt patet in pipere. ꝛ sic de alijs similibꝰ.

☞ Secundum dubium potest esse: vtrũ fluat per

at per anum ⁊ hoc more secessus: aut per vulvam: aut modo eiectionis vrine. Ad hoc breuiter est dicendum ꝙ per vuluam fluit: in spetie crudi sanguinis ⁊ tenuis.

Hic auctor ponit secundum dubium: vt patet in textu ⁊ respondetur ad dubium quod in mulieribus multum corruptis: quarum anus ⁊ vulua fiunt vnum foramen: possunt menstrua fluere per anum: sed stante sanitate ⁊ bona digestione: tunc non fluūt per annum: sed per vuluam.

☞ Tertio dubitatur quare in mulieribus fluunt menstrua que sunt superflua alimenti ⁊ non viris sperma: quod etiam est superfluum alimenti. Ad hoc dubium dicendū est ꝙ mulier est frigida et humida a natura: vir autē ē calid⁹ ⁊ sicc⁹: mō de natura humidi est fluere. q̄rto met heo ⁊ maxime humidū q̄d ē ī mulierib⁹ est aqueū: sed in viris est humidū aereū ⁊ ideo cū calor sēper agat in humidū: ⁊ calor ē naturalis: sed cū natura nihil facit frustra: vt dicit primo de celo ⁊ mundo: ⁊ q̄a calor in mulierib⁹ semꝑ ē debilis respectu illi⁹ q̄ est in viris: ⁊ cū totū alimētū in mulierib⁹ nō potest cōuenire ī carnē ideo natura facit q̄d melius est: prouidet nature de necessariis reliquum dimittit in locum quendam in quo seruantur mulierū menstrua. De illo quidē intantum dictum est: quia maioris inquisitionis est q̄ presens exposcit negotium.

Hic mouet tertium dubium: ⁊ per se soluit: vt patet in textu. Nota ꝙ frigidissimus virorum est calidior calidissima mulierum stante eadem regione: digestione ⁊ cibali nutritione: ⁊ sic de aliis. Hoc di-

B

Et notanter quia vna mulier in Ethiopia viuens delicate: posset esse calidior vno pauperculo viro in occidente: semper vtente cibarijs frigidissimis. Sed contra videtur ꝙ mulier sit calidior viro quia calor fundatur in sanguine. sed in muliere plus est de sanguine q̄ꝫ in viro alias sanguis non flueret quotidie ⁊ continue in muliere: sed sic est de viro: ergo. ⁊c. Respondetur ꝙ vbi plus est de sanguine bene digesto ⁊ decocto ibi est maior calor: sed sic non est in mulieribus. ergo. ⁊c. Nota litera facit ꝙ natura facit q̄d melius est. Ratio. quia natura regitur ab intelligentia non errante expellit humidum grossum mulieris mediante fluxu. Et videmus experimentum: quādo fuerit in corpore animalis aliquis humor grossus nocuꝰ corpori: illū natura vertit ad partes officiales corporis: faciendo scabiosos pedes ⁊ manꝰ ne illud humidū ledat mēbra principalia. s. cor. epar ⁊ alia.

☞ Quarto dubitaret vnde veniret mēstruum in muliere: quando est in coitu cum viro quia dictum est supra quando mulier concipit: retēta sunt mēstrua: ergo si retēta fuerit mirū ē vnde tūc fluūt ī coitu. Ad hoc dicēdū ē ꝙ q̄ndo mulier cōcipit: retēta sūt mēstrua ꝑpter hāc causā finalē: vt de mēstruo retēto fetus in vtero mulierꝫ existēs possit nutriri. Quādo autē mulier est in coitu cū viro: tūc propter magnam delectationē quam habet: quia per virgam virilem existētem in vulua nerui ⁊ vene existētes ī vulua ꝯfricāt ⁊ mouēt: ⁊ sic vulua dilatādo se mēstruū emittit: ⁊ hoc ē naturale respectu coitꝰ: q̄a ille coitus ē naturalꝫ ē tn̄ quasi violētus respectu fluxꝰ naturalis menstruorū. Item omni die de nutrimento sumpto fit materia que apta nata est ad expellendum in coitu. Ex illo soluitur

dubitatio. quare mulieres impregnate maxime appetunt coitum: quia appetitus coitus est propter abundantiam materie superflue ab alimento. Et ideo cum menstrua sunt retenta: et omni die aliquid aliud generatur: mulier maxime appetit coitum: quia ex eius materia abundantia vulua mulieris calescit: et sic coitum appetit.

Hic mouet quartum dubium et sic soluit per se: sed dubium est circa dicta et circa dicenda a quibus membris et viris sperma abscidatur: et similiter menstruum in mulieribus: sumẽdo menstruũ pro semine quod emittitur in coitu: et videtur quod ab omnibus membris qui fetus assimilatur parentibus in omnibus membris. Sed contra. si sic: sequeretur quod imperfectus in membris generaret in membris imperfectũ: quod est falsum. Falsitas patet per experientiam: si pater esset cecus: claudus vel mutilans in digito: non semper genaret simile sibi: consequentia patet de se. Dicendum quod in coitu illa semina discinduntur a quatuor membris principalibus scilicet a cerebro: corde: epate et matrice in mulieribus: et a testiculis in viris et ex consequenti ex alijs membris: sed non ab alijs partibus corporis principaliter: et per hoc ad instantiam dicitur quod fetus assimulatur parentibus. Dico quod sufficit a principalibus prout ista influũt alijs membris: et maxime a cerebro discindunt et distinguuntur. Unde videmus multos coeuntes caput dolorem et maxime exitari in membris: et maxime debilitari in visu.

Uisis istis ad formationẽ fetus in matrice est redeundũ: prima materia recepta in matrice habet naturã lactis: sex primis diebus ad hunc calorem lactis operatur calor naturalis in spermate viri emissus et

calor matricis:ita quod ista materia dealba tur sicut lac. Deinde illa materia transmuta tur ad naturam seu calorem sanguinis spissi ꝛ aliqualiter bene cocti:ꝛ hoc per nouem di= es postea tunc ab ipso tempore fit consolida tio in membris fetus in. xij: diebus.

Istud est capitulum secundum:partis executiue in quo reuertitur ad formationem fetus. Oritur du bium vtrum calor spermatis sit ignis elementalis vel sit calor celestis similiter de calore matricis.ꝛc. Hic sunt diuerse opiniones: sed cum Aristo.in secū= do de animalibus est dicendum quod iste calor est animalis siue celestis. Ratio est:quod calor elemēta lis est destructiuus sed calor celestis est saluatiuus animalium secundum auerroim xij. metha. xij comē= to. Sed tamen dicendum est quod iste calor sit par= tim igneus ꝛ partim animalis siue celestis. Unde co lor igneus conuertitur simpliciter in se sicut in con= trarium: sed calor animalis siue celestis est permix= tus cum humiditate ꝛ temperatus: ꝛ ille conseruat mixtum. Unde quodlibet animatum viuum viuit in calido radicali ꝛ humido tēperato. Dubium est que membra primo formātur ꝛ generantur in fetu. Hic dicunt quidam:quod epar:quia in epate fit nutricio prima ꝛ vegetacio spirituum:ꝛ quia ab epate discen= ditur prius semen q̄ in corde: ideo videtur epar pri mo generari. Sed cum Arist. dicamus quod primo cor generatur: quia est primum viuens ꝛ vltimum moriens: postea epar postea cerebrum ꝛ postea testi culi. sic de alijs. sed quando dicitur quod in epate fit prima nutricio. Dicitur quod est verum ex conseque̅ ti: sed primo in corde habet fieri.ꝛc.

☞ Iuxta q̄ notandum q̄ secundum phisi= cum vnum quodq̄ viuētiū consurgit ex q̄tu= or elemētis: ideo quia in tali materia est ma teria terrea: que cedit in substantiam ossium

similit aquea cedit in suũ simile: et sic de aliis Postea vero solet facies formari a natura et dispositione corporis secundũ trinam dimẽsionem: scz: longum: latum: et profundum: et hoc fit per decemocto dies. Ab isto vero tẽpore incipit natura fetus cõfortari vsq; ad egressum. Nota quod fetus mulieris conficitur in xxiiij. diebus. Et illud quod per sermonem longum dictum est: solet dici per quatuor versus. Conceptũ semẽ sex primis crude diebus. Et quasi lac reliquisq; nouem fit sanguis: ab inde. Consolidat duodena diebus nona deinceps. Effigiat: reliquum tempus producit ad ortum.

Hic autor ponit vnum notabile: vt patet in textu. Nota quod litera dicit q; quodlibet viuentium ẽ ex quatuor elementis. Hoc probatur: quia ex quibus aliquis nutritur ex illis est constitutus. ij. de anima. sed ex eisdem nutrimur et sumus. ergo. Minor patet quia nutricio fit per calidum et humidum: siccum et frigidum: principaliter per calidum et humidũ. Sed contra quedam animalia viuunt ex puris elementis igitur solum vnum elementum est in ipsis. Antecedens patet per hunc versum. Quatuor ex puris vitã dicũt elementis. Dicendum quod simpliciter est impossibile. secundum Aristo. vnde allec est mixtum ex quatuor elementis et nutritur in qua mixta mediãte calore solis. Unde allec in qua pura viuere non potest quia illa non est nutrimentalis. Et ideo videmus pisces panem comedere in aqua. Item in quolibet mixto viuente requiritur terra: quia facit mixtum contrarie et durum esse. alias cito dissolueretur. Itẽ requiritur ignis: vt calorem habeat in quo vita saluatur: etiam requiritur humidum in quo agat calidum. Et requiritur humidum aeris: quia spũs gene

ratur ex sanguine aereo. Item ossa sunt ex mēstruo quantum ad grossiores partes menstrui: quia ossa materiam hominis inesse conseruant. si enim non essent ossa homo cito dissolueretur: postea de parte menstrui magis aquea generant cerebrum ꝛ medulla: de partibus autem magis aeris generatur spiritus: ꝛ de partibus magis igneis epar: ita quod quelibet membra in homine sunt in sua structione ex adiunctione alicuius elementi. Nota fetus sic formatur quod quantitas materie pre existentis condensatur: vel rarefit ad quantitatem siue extensionē debite forme: in longum latum ꝛ profundum. Et quando res generabilis maior erit in quantitate re corrumpenda: tunc fit rarefactio materie: quando vero erit minor: tunc fit condēsatio: sic est quādo ex semine mulieris fit homo: quia tunc si materia seminis est maior recipiente formam hominis tunc primo calor naturalis ꝛ virtus formatiua materiam condensat: ꝛ facit indurescere donec apta sit forme ꝛ tunc homine generato materiam augmentat interim cum elementis vsq; ad quantitatem competentem sibi: ꝛ omnes ille diuersificationes que precedunt animam in instanti generatam: debent esse indeterminate ante illud instans: quamuis omnes sint determinate non per formam corrumpendam: sed per formam menstrui: tamen adhuc expectant aliā terminationem a forma generanda. Secundū hoc exponitur textus qui dicit. Postea vero solet facies formari: secundum triniam dimensionem scilicet inde terminabile.

☞ Sunt autem quidam qui penes q̄dlibet tp̄us signatum ponunt regnare aliquē planetarum. Et quia scire hoc multū ꝓfert ad ea que hic scribuntur: ideo ne ignorantie mee illud neglectū ascribatur: ex his aliqua declarabo. Notandum primo vt dicit Aui=

cenna: accidētia sunt in triplici genere: quedam enim materiam consequūtur in composito: et ei attribuuntur: quedam forme: quedā compositum ex materia et forma cōsequunt. Et cum hoc sit naturale compositum ex materia et forma tripliciter denominabuntur accidentia in ipso: ex parte autem anime sūt quedam accidentia: virtus eundi et mouendi et quia secundum intentionem quorundam: qui digne locuti sunt de natura omnes virtutes quas anima in corpore complectitur illas cōtrahi a speris et corporibus celestib9

Hic auctor incipit determinare de successiua formatione fetus secundum influentiam planetarum. Et primo premittit quedam. Secundo exequitur intentum suum ibi. Ab vltimo enim. Nota illa conclusio formatur ex litera. Fetus formatur successiue per planetas. Idem probatur sic extra literam. Penes illud formatur fetus quod diuersimode influit fetui esse et viuere: sed planete sunt huiusmodi: ergo. etc. Minor patet: quia hic influit viuere longo tempore: huic paruo tempore vt patet per Ptolemeum in centilioquio suo: et per eius cōmētatorem Hali. Nota tunc planeta dicitur regnare: quando est in maiore vigore. scz. quando est in domo sua hoc est in signo sibi conformi: et que sint domus planetarum infra patebit. Nota anima mouens corpus per hunc motum anima primo mouetur ab alio. scz. ab appetibili et sic mota mouet spiritus quibus motis ipsi mouēt musculos: qui moti mouent membra: et sic patet quod appetibile est principale mouens. Sed dubium est vtrum aliquod accidens posset esse principium alicuius substantie principale. Respondet galterus vullarū super quarto sententiarū quod sic: probatur sic quia illud est agens quod corrumpit vnū et generat

aliud talis autem est humoris indispositio siue dispa
partio elementorum que corrumpit formā hominis
⁊ generatur forma cadaueris quod est substantia.
igitur. ⁊c. Respondetur quod humor notificans est
quedam substantia: non enim sumitur humor pro ac
cidente: sed capitur pro materia humida peccante:
ita quod accidens non corrumpit humidum: nisi vir
tute sui subiecti. Sed quando dicitur substantie nihil
est contrarium. Dicitur verum est de contrarietate
pfecta: tū bene cōtrarietate diminuta: que sufficit ad
corruptionem vnius ad generationem alterius.

☞ Ab vltimo enim orbe qui motu di-
urno omnes: speras inferiores recipit: in-
fluūtur materie principaliter ⁊ radicialiter
virtutes essendi ⁊ mouendi ab orbe stellarū
fixarum: fetus recipit virtutem que distin-
guitur in esse secundum diuersas figuras: ⁊
accidentia ⁊ illud cōuenit ei inquantum est
forma: sed etiam cōtrahit aliam virtutē ab
hoc orbe que dat esse: ⁊ secundum diuersas
naturas huius orbis: post speram stellatam
ponitur spera Saturni secundum astrono-
mos ⁊ ab illa influūtur anime virtutes di-
scernendi ⁊ rociocināḋi. Et postea spera Jo
uis ⁊ ab illa influitur anime magnanimitas
⁊ plures anime passiones. Et a spera Martꝭ
influitur anime animositas ⁊ virtus irasci
bilis ⁊ alia desiderabilia anime: ⁊ a sole influ
itur virtus sciendi ⁊ memorandi. Et a vene
re virtus concupiscentie ⁊ desiderīj. A Mer
curio virtus gaudendi ⁊ delectandi. A luna
que est radix omnium virtutum naturalium
virtus vegetandi: quamuis hec ⁊ plura alia

ab anima procedunt cum ista sequuntur ex diuersis partibus corporum celestium: tamen hec omnia atribuūtur: ꝛ non solum anime: sed toti composito: quia simplex non potest sustentare accidens.

Hic ostendit quomodo anime influunt diuersa accidentia a corporibus super celestibus: Nota ab vltimo orbe anima capit esse in omnibus: quātum est ex parte sui: sed spera celi stellari dat esse distinctum anime ab alijs entibus: quia propter multitudinem stellarum influit distinctum esse ꝛ distinctionem vnde secundum hoc quod stella specialis respicit vnā animam plusꝙ aliā ideo distinctum esse influit cuilibet anime humane: cui correspondet distincta stella. Nota saturn⁹ est prima stella erratica ꝛ gratia sue influentie dat anime virtutem discernendi ꝛ rōcinādi. Et dicitur Saturnus quasi satur in aruis per cōtrarium. vnde cum sit frigidissimus ꝛ sicut influit castritatem ipso regnante. Sed Jupiter influit magnanimitatem: vnde Jupiter fuit quidam vir qui expulit patrem suum a regno suo. Et dicitur quasi iuuās patrem per cōtrarium: ꝛ illud atributum est vni planete qui magnanimus est per influentiam: ita quod puer natus eo regnāte fit magnanimus. Sed in Venere nascuntur luxoriosi. sed Mars est malignissimus planetarum: ꝛ dat virtutem irascibilem. Sol est optimus planetarum influens scientiam ꝛ memoriā vnde sub Sole nati sint felices ꝛ amabiles. Sed Mercurius dicitur quasi mercatorum kyrios idest dominus. Sicut enim mercator dicitur esse gaudiosus ꝛ affabilis sic ꝛ ille planeta est beneuolus: gaudium ꝛ delectationem infundens sed luna influit virtutem vegetandi ꝛ nutriēdi: quia est infimus planetarum ideo immediatius egit. Jtem litera dicit accidens in simplici essentia non sustentatur: causa est quia accidens egreditur de natura subiecti: non solum magnitudinem subiecti siue cause materialis:

sed etiam magnitudinem cause efficientis: ideo compositum secundum vnam partem est causa materialis: ⁊ secundum aliam partem est causa effectiua: ⁊ quia simplici non est exponere: ideo simplex non est subiectum accidentium realium: q̃uis tamen essentia simplex non est subiectum suorum modorũ essendi: sicut materia prima est subiectum sue potẽtie: quã est suus modus essendi proprius ⁊ formalis. Ex quo patet ꝙ accidentia potentie non sunt accidentia solius anime: sed sunt accidentia totius compositi. Sed dicuntur anime sic: quia insunt corpori per animam principaliter.

☞ Nunc vero ex parte corporis consimiliter est notandũ. Et primo de creatione vel formatione corporis ꝙ ex embrione creatur ⁊ formatur per effectus ⁊ operationes stellarum que planete dicuntur. Primo enĩ materia embrionis vel hominis generandi compressa ⁊ coagulata per frigiditatẽ ⁊ siccitatem saturni disponitur ⁊ huic materie a Saturno virtus influitur vegetatiua ⁊ motus naturalis ascribitur: ⁊ tunc patebit in tali materia opperatio aliqualiter debita: ⁊ ideo medici dicunt ꝙ post lapsum spermatis in matrice: primi mensis in generatione ⁊ in temporis successione secundum exicantiam nature seminis saturno ascribitur: quia sua frigiditate ⁊ siccitate semen constringit ⁊ consolidat.

Postq̃ auctor posuit accidentia propria anime mediantibus corporibus celestibus: consequenter exequitur de accidentibus corporis. Nota frigidi ẽ stringere ⁊ condensare: vt patet in experimento: vt si accipitur olla plena aque ⁊ ponatur ad locum frigi

dum: quia minoratur sic ꝙ comprimitur. Sed calidi est extendere: vt calor fieri facit ferrum extendere. Item calor in aqua vuliente ipsam extendit ⁊ rarefacit in dimensionibus. Sed quia Saturnus est frigidus ⁊ siccus: ideo assimilatur terre: ideo materiā condensat ⁊ comprimit. vnde. ꝟ. Est frigidus summe Saturnꝰ siccꝰ ⁊ asper. No. dubiū: vtrū aliquis planetarū posset influere frigiditatē ⁊ videt ꝙ nō: quia secundo de celo dicitur stella influit motum ⁊ lumen: sed tam motus ꝙ̄ lumen calefaciunt ergo. ⁊c. Respōdeo ꝙ omnis planeta influit calorem: sed vnus plus alter minus. Unde Saturnus ⁊ luna minime influūt calorem respectu aliorum planetarum.

☞ Sed ex isto statim oritur dubitatio. quia alicui potest esse dubium. Utrum Saturnus regnet in cuiuslibet embrionis conceptione: ⁊ si non: tunc mirabile est quod dictum est.

Hic mouet dubium: ⁊ est illud: si dictum esset verum: sequeretur ꝙ Saturnus semper regnaret: hoc esset mirabile: consequentia non probatur in litera sed de se patet: ꝙ omni die fiunt conceptiones puerorum.

☞ Circa quod est notandum ꝙ materia prima subiecta est corporibus super celestibus ⁊ eorum motibus: ⁊ hoc est quod dicit phūs in primo metha. ꝙ ōnia inferiora causata sunt a superioribus: ⁊ ab ipsorum motibus gubernantur. Et ideo necesse est ꝙ ista inferiora particulariter ⁊ vniuersaliter respiciantur a superioribus: intelligendo de vniuersalitate corporis totius super celestis: vniuersaliter enim ista inferiora respiciunt a superioribus: quia nihil fit de mate-

ria elementari nisi ex virtute corporum su-
periorum: ideo dicit cōmentator. xij. metha.
q natura non agit nisi gubernetur a corpo-
ribus super celestibus. hoc est ab intelligen-
tijs: particulariter enim aliquid fit in istis
inferioribus a causatione superiorum: quia
vna pars celi apta nata est introducere talē
formam determinatam et specialem: alia ve-
ro aliam formam: et illud totum videtur esse
de intentione comentatoris in libro de gene.
et corru. vbi vult q generatio elementorum
et partium ipsarum adinuicem ordinantur et
conseruantur per motus corporum superce-
lestum et per motus elementorum que con-
currunt generaliter ad generationem mixto
rum. Addit autem comentator: q indiuidua
animantium et planetarum sunt determina-
tarum causarum et sunt determinata ad esse
et ita tam ad esse vniuersaliter q particula-
riter inferiora a superioribus respiciuntur.

Hic auctor soluit questionem motam: et primo po
nit quandam solutionem: secundo applicat eam
ad propositum: ibi et ideo cum natura. etc. Nota. ma-
teria celestis respicit determinate elemēta: q̄a ī vna
parte generat ignem: et in alia corrumpit aquam: si-
cut videmus q signa hyemalia faciūt generare aquā
plus in septētrione: sed signa estiualia plus faciunt
generare aerem vel ignem in estate. Nota litera di-
cit corpora similium partium: vnde illi parentes di-
cuntur similes quarum quelibet suscipit predicatio
nem totius: hoc intelligendo de partibus quantita-
tiuis. sicut quelibet pars ignis: et ignis etiam habet
partes diuersarum rōnum: sicut materia ignis et for-

ma:modo generatio partium similium corporũ: que sunt in elementatis ⁊ elementis reguntur ⁊ determinata sunt per modum corruptum celestium. Idem ẽ dicendum de planetis ⁊ indiuiduis animantium: ⁊ ideo contingit ꝙ in vnã parte terre homines moriuntur: ⁊ si essent in alia ibi possent retinere vitam eorum: quia si aliquod mixtum fuerit nimis calidũ in regione nimis calida: illud debet poni in regionẽ frigidam: vt eius calor obtemperetur: ⁊ tunc illud sanitati restitueretur.

☞ Et ideo cum materia prima sit subiecta corporibus supercelestibus necesse est ꝙ capiat formam alicuius speciei determinatam ab aliqua parte speciali celi: ita ꝙ non potest eam recipere a corpore celesti in communi: eo ꝙ tale corpus respicit istam materiam vel istam formam indifferenter. Nam qua ratione daret illam formam: eadem daret ⁊ alias quia omnes forme que sunt in potẽtia in materia prima ⁊ in primo motore sunt in actu. vt dicit Cõmenta. xii. metha. ergo cum materia sufficienter disposita est: necesse est esse aliquam determinatam partem in primo motore. primo specialiter respicientem materiam ad huius determinate susceptionẽ. Et ideo non sufficit agens particulare phisicũ stante cõi influentia: ⁊ cõi actione corporũ celestium. Et illud patet ex eo. quia postꝙ̃ semen est decisum gerit in se vim illius a quo est decisum. Et illa virtus non gubernatur a corporibus supercelestibus vniformiter: ita ꝙ non magis gubernatur ab vna parte celi ꝙ̃ ab alia: imo hoc modo destitueretur in

sua propria actione: et per consequens a fine: et illud est de intentione Aristo. ij. de generatione et corruptione: vbi dicit quod adueniente sole redibant animalia: et recedente sole peribant. Illud autem apparet ex intentione commment. ij. metha. vbi vult quod materia prima. primo non recipit omnem formam indifferenter: sed primo formas elementales et mediantibus istis omnes formas mixtorum. Ille autem ordo formarum nõ potest esse nisi in aliquo specialiter materiam gubernantium ad receptionem formarum.

Hic auctor applicat ad propositum istam solutionem et primo in generali: secundo in speciali. ibi. Et per hũc modum. Nota motor primus est duplex quidã est motor primus vt ipse deus gloriosus. Et preter illum motorem est ponere alium motorẽ primo coniunctum. Unde phi ponũt octo speras et nouem motores: ideo quia qualibet spera habet suum proprium motorem. Et propter illas motores est dare vnum motorem simpliciter immobilem qui nõ mouetur immediate: sed mediantibus alijs motoribus coniunctis. Modo litera auctoris sic intelligitur omnes forme in materia composite sunt de primo motore semper simpliciter et in actu. Unde litoniensis. super primo posteriorum dicit quod effectus primo habet esse in suis causis maxime effectiuis sed in se habet esse virtualiter. Nota particulare agens sub influentia cõi potest educere formam determinatã: quia omnis causa prima determinate respiciens aliquam formam: plus influit quam pater vel mater. Et ideo agens particulare non producit sine determinato agente. Item litera dicit semen decisum habet vim illius a quo est decisum: Ex quo dubitaret aliquis: vtrum semen decisum esset animatum: et videtur quod sic: quia semen inquantum est in parte tunc

eſt viuū: vita patris habens: ⁊ ſic habet eandē natu-
ram in matrice ibi erit viuum. Hic reſpondeo ꝙ ſe-
men fuſum in matrice non eſt viuū formaliter: quia
nec eſt planta nec animal ſed eſt viuum naturaliter:
quia mediante ſpiritu ſibi interueniente operatur
vitam. Sed diceres cum ſit inanimatum quomodo
producit animam. Dicendum ꝙ mediante matrice
que ſunt animata: ⁊ mediantibus virtutis proprijs
anime. Petens ſtellas ⁊ planetas ſpecialiter repre-
ſentantes ſpecialem influentiam diuerſificantur ima-
gines hominum ſecundum Albertum: ⁊ ideo quādo-
qꝫ contingit quod homo cum capite vnius porci ge-
neratur: quia aliqua ſtella tunc datur que influit ta-
lem diſpoſitionem: ⁊ ſic eſt expertum quod in lapi-
de aliquo eſt facta imago ſcorpionis vel ſerpentis:
quia aliqua ſtella vel conſtellatio reſpexit ipſum: ⁊
ſibi impreſſit illam figuram: ⁊ ex hoc cōtingit ꝙ ima-
gines aliquorum ſignorum ſculpte in lapidibus ha-
bent curare quaſdam infirmitates ſicut recitat Ha-
li in centiloquio Ptolomei: ⁊ vidit ꝙ imago Scor-
pionis ſculpta curauit leſionem factam in ſatellico
a ſcorpione animali: ⁊ ſic videmus quod quandoqꝫ
aliqua corpora mortua ſepulta ſcꝫ homines centum
annis vel plus iacent ſine incineratione: ⁊ hoc fit ꝑ
naturā ſtellarū reſpicientiū illud cadauer quod: con-
ſeruat ſine incineratione ⁊ combuſtione. preterea ex
hoc patet quod quandoqꝫ optimi amici fiunt inimi-
ci vna cauſa agente particulari: ⁊ hoc accidit per in-
fluentiam planetarum repugnantium: quibus ipſi
ſunt ſubiecti.

☞ Et per hunc modum manifeſtatur
eſſe de Saturno propoſitū: ſcꝫ ꝙ habet di-
ſponere materiam ⁊ introducere talem for-
mam: ſed ꝙ Saturnus ſic per dicitur reg-
nare in embrionis conceptione: ſic intelligi-
tur: ꝙ ſuum regnare in hoc loco non ſumit
pro alio: qꝫ influere talem diſpoſitionem que

ab alia parte celi non est nata influi. Et ideo si in tali hora noctis vel diei non dicatur regnare Saturnus hoc est ex eo quod cessat virtus sua: sed aliquis alius planetarum vel stella apta nata est influere talem dispositionem in materia: quam Saturnus influere non potuit: quia actus activorum sunt in patiente bene predisposito. Et si aliquis quereret cur ita fit quod omnia tali cursu currant. Respondeo quod sic sunt ordinata apud deum: qui primo ordinaliter omnia disponit: secundum ordinationem sublimem: et cuilibet virtutem propriam secundum exigentiam sue nature ministrat.

Hic applicat solutionem ad propositum suum in speciali. Nota per textum solvitur dubitatio directe in forma. quando arguebatur. Si primus mensis attribueretur Saturno: ita quod ille regnaret in principio conceptionis: tunc semper regnaret Saturnus. Dico Saturnum regnare: intelligiter dupliciter. vno modo influentia generali. alio modo influentia speciali. modo dicit quod Saturnus regnat omni die influentia generali: sed regimen speciale Saturni est quando fuerit in domo sua: et tunc habet maiorem influentiam. Nota Saturnus est frigidus et siccus: ideo habet influere semini humidum et calidum: que sibi contrariantur virtualiter. vnde omnis actis fit gratia contrarietatis quia simile additum alteri non agit ipsum: vnde ingens et paciens in principio actionis sunt dissimilia: sed in fine sunt similia quia omne agens assimilatur suo passo inquantum potest mediante sua virtute: quia omne agens naturale agit in suum contrarium secundum vltimum sue potentie. vt patet .i. de celo. Nota litera dicit actus activorum &c. Hoc patet ex signis manifestis: est enim quidam piscis generalis qui vocatur scorpio: ille inficit manus

nus piscatoris per rethe: ⁊ non inficit rethe: quia rethe non est dispositum ad hoc. ⁊c. Item Sol calefacit aerem ⁊ non orbes ipsos. scz. inferiores se: quãuis sint sibi propinquiores: hoc est: propter indispositionem materie: ⁊ ideo peccauerũt dicẽtes. Quodlibet fieri ex quolibet: hoc non: videlicet quia primus actus proprius habet fieri in propria materia sibi disposita. Item nota quod proprie dispositiones nõ corrumpuntur in aduentu forme. Et ex hoc destruitur opinio que ponit quod postq̃ materia menstrui est disposita: ⁊ quando hominis forma introducitur tunc dispositiones prime corrumpuntur: hoc non valet: quia tunc dispositiones frustra precesserunt. Unde dispositiones sunt medium recipiendi illud quod fit de potentia materie. Nota quod auctor in litera ostendit se esse catholicum in hoc quod ponit deum primordialiter omnia disposuisse. Unde philo. mere naturaliter loquẽtes sic habent dicere: quod ac eterno sic deus disposuit planetas ⁊ stellas ⁊ non de nouo: ⁊ ideo Comentator. ij. de celo dicit. si vna stella fieret de nouo in celo: totum celum periret propter illam inordinationem que fieret per illam stellam: ⁊ oportet quod celum non moueretur.

☞ Post hec que dicta sunt: Iupiter aduenit qui sua gratia ⁊ virtute sua materiã disponit ad susceptionem forme membrorũ ⁊ caliditate sua virtuali ⁊ causali materiam fetus cõfortat: ⁊ sua humiditate replet: que fuerunt desiccata virtute Saturni in primo mense: ⁊ sic Ioui attribuit secundus mẽsis.

Hic auctor exequitur de alijs planetis quantũ ad formationem fetus. Uidetur quod planete non formant sic materiam fetus: q᷑ inter causam ⁊ effectum debet esse proportio: ⁊ sic sequeretur: quod embrio generatus esset perpetuus: cum isti planete sint perpetui. Dicendum licet cause principales remote sunt perpetue; tamen cause propinque sunt corrupti

C

biles: ideo corrumpitur fetus.

Tertio aduenit Mars qui sua caliditate et siccitate format materiam: diuidens a lateribus brachia: et diuidit collum a brachiis et caput format et huic operationi attribuitur tertius mensis.

Nota Mars est calidus et siccus: et ideo ipse habet formare crura et brachia que sunt sicca. Oportet enim quod calor sufficiens congreget partes terrestres sic cas: si debent fieri crura et brachia. Nota quod ex littera habemus: quod caput prius formatur a Marte quam cor a sole. Huius causa est secundum medicos: quia in capite sunt omnia principia vite. ergo primo formatur. Sed Aristo: ponit quod cor primo formatur: quia cor fluit ex omnibus membris: et habet se in corpore sicut rex in suo regno: rex enim solet habitare in medio regni: vt ibi preseruetur: sic et cor in medio corporis: vt seruetur a lesionibus:

Quarto mense virtus Solis aduenit: formas imprimit: cor creat: et anime sensitiue motum dat. Et hoc est verum secundum intentionem medicorum et quorundam astronomorum: tamen secundum intentionem Aristo. cor inter omnes partes generandas generatur primo: et virtute eius omnia membra nascuntur: addunt enim quidam ad istam partem dicentes: quod Sol est radix totius virtutis vitalis: et tali operationi quartus mensis ascribitur.

Item phi. propter illum textum ascribunt: generationem hominis soli dicentes: homo generat hominem et Sol: vt dicitur phus ii. phi: quia a sole virtus radicalis dependet: contra si sequeretur quod homo deberet dici celestis: et solaris creatura: quia effectus ab eodem denominationem sumit: a quo habet enti

tatem. Dicendum quod Sol est causa remota: ideo non simul denominationem effectus a Sole. &c.

Quinto tempore quedam exteriorum mēbrorum. Venus sua virtute perficit: & quedam exteriora format: aures: nares: os: & virgam virilem in masculis: & pudibūda. scz vuluam mamillas & alia membra in femellis manuū & pedum separationem facit: & digitorum: & isti quintus mensis assignatur.

Nota Venus est beniuolus planeta: & est virtualiter calidus: ideo perficit membra exteriora. scz os & aures: & testiculos. Sed videtur quod testiculi debeant primo generari: quia sunt principalia membra: sicut cor & caput: mediātibus quibus se natura continue saluat. Dicitur quod testiculi non sunt ita principalia membra sicut cor & caput: quia videmus testiculis ablatis ad huc viuere hominem: sed capite absciso & corde ablato vlterius ibi non vitam videmus.

☞ Sexto tempore influentia & regnatio Mercurij instrumenta vocis format: supercilia cōponit: oculos fabricat: capillos crescere facit: & vngues producit. Et isti operationi sextus mensis: attribuitur. vnde vero. Instrumenta. nouē sunt gutt lingua palatum. Quatuor dentes & duo labia simul.

¶ Septimo tempore Luna operationi finē imponit: replet enim sua humiditate angustias: carnis & aurigenas carnes in superficie complet. Venus vero & Mercurius humiditatem tribuentes toti corpori nutrimētum dant. Et isti operationi datus est septimus mensis.

Item nota Lune replet poros carnis: ꝛ facit fetum esse planum superficie. scȝ in cute. Itē si aliquis puer nasceretur in septimo mense ille moreretur: quia nō est adhuc debite formatus: ꝛ consolidatus. ꝛc.

☞ Postea influētia Saturni cui octauus mensis ascribitur. Et ille Saturnus multū infrigidat ꝛ siccat: ꝛ per cōsequens cōstringit fetum: ꝛ ideo aliqui astronomi ponunt fetum generatum in octauo mense moribundum vel mortuum esse: vt in sequētibus manifestabitur. Deinde in nono mense dominatur. Jupiter qui sua caliditate ꝛ humiditate fetum letificat: ꝛ fetus qui generatur in isto mense est fortis: ꝛ bene dispositus: ꝛ longe vite: ꝛ est fortis gratia caloris: ꝛ longe vite gratia humiditatis.

Hic auctor ponit in quo mense Saturnus habet suū dominiū: ꝛ dicit quod Saturnus in octauo mēse habet influere. Et nota ꝙ si in aliquo membro deficiētes pueri nascuntur vel generātur cum quatuor digitis in manu: vel cum tribus: hoc eo propter defectū materie. Similiter si generaretur cum sex vel cum septem digitis: hoc esset ex abundantia materie.

☞ Est autem adhuc notandum quod membra corporis organici. xij. signis zodiaci attribuūtur. Primū ergo signum totius spere celestis est Aries: in quo quidem signo sole existente temperatio: fit calidi ꝛ humidi: ꝛ tunc est motus ad generationem: ꝛ ideo motus solis in arietem dicitur principium vite ꝛ radix virtutis vitalia preterea arieti attribuitur caput in homine ꝛ eius conditiones.

Nam Aries in loco est dignior pars celi: q̃a principium diuisionis spere. per. xij. signa sic caput in homine vocatur dignior pars corporis: et ideo merito arieti est assignandum: et quia sol currens in hoc signo calidũ et humidum nature mouet: et ideo caput in homine dicitur principium spiritus vitalis.

Postq̃ auctor ostendit influentiã planetarum et stellarum respectu fetus: nunc consequitur prosequitur de effectu signorum. Nota aries est calidus et humidus: et correspondet veri. Ver enim est calidus et humidus: et tunc animalia maxime appetunt coitum quia tunc augmentatur calidum et humidum gratia solis existentis in ariete: et maxime in viris tunc est appetitus. Propter hoc etiam mater ecclesia statuit ieiunium magis in illo tempore q̃ in alio tempore: propter luxuriam illo tempore restringendam: quia tunc homines constricti hyeme reuertuntur ad vigorem. vnde versus. Marte mares februoq̃ canes: Maio mulieres. Nota aries habet dominari super caput: in quo vigent omnes potentie anime ꝓ tãto: quia ipse aries est principium vitalis operationis: sic et caput in quo vigent omnes potentie anime: et ideo medici dicunt: q̄ virtus vegetatiua corporis est in capite principaliter et determinate: sed in corde originaliter. Sed dubium est vtrum vita magis consistat in corde q̃ in capite. Et videtur quod in capite patet per Auicen. qui dicit quod vidit arietem ambulantem corde extincto: hoc esse non posset nisi vitam haberet principium de capite. Sed contra hoc est Auerro. in vi. phisicorum qui ipsum deridet: dicẽs se vidisse arietem currere hinc inde abscisso capite. Vnde Auerro. vult quod vita principaliter et originaliter sic in corde: sed ex consequenti in capite: sed medici sunt multum sensuales: et hoc ideo quia vidẽt in capite esse sensus virtutum: ideo dicunt vitam con-

sistere in capite: principaliter: sed non est ita: immo in corde. Sed quid dicemus ad auctorem in litera qui dicit: quod caput est nobilior pars corporis. Dicendum quod hoc est verum secundum apparentiam et maiorem operationem spirituum vitalium: quia in eo apparent magis operationes vite quam in corde. Unde non dubito quin natura nobiliorem et meliorem partem corporis collocauit in medio corporis: nam cor est primum viuens et vltimum moriens: hoc non esset nisi cor esset principalissimum membrorum corpis.

☞ Tauro quidem: collum humeri et scapule geminis attribuuntur. Cancro manus et brachia. Leoni quidem pectus et cor et dyafragma. Virgini stomachus et intestina: et coste: et lacerti attribuuntur. Et hoc videtur esse medietas corporis secundum cursum medietatis celi: videlicet vt a parte septentrionali est annotata. Libra vero secundam partem corporis respicit. scilicet renes: et est principium ceterorum membrorum. Scorpio loca libidinis respicit: tam ex parte viri quam ex parte mulieris. Sagitarius nates: et ea per que natura secessum dimittit: et posteriora respicit. Capricornus vero genua et alia inferiora respicit. Aquarius vero tibias respicit. Piscis vero quod est vltimum formationes pedum respicit et planetas: et sic breuiter habitum est indicium ex parte. xii. signorum.

Hic auctor ostendit de aliis signis dicens: vt patet in textu. Nota litera vult intellectum: quod luna existente in talibus signis que respiciunt illa membra: vt patet in litera; in illis membris non debet fieri

minutio sanguinis: luna existente in aliquo signorum.

¶ Et nõ opinetur aliquis illa ficta fore. Nã fides huius in multis experimentis valet inueniri: noscat ergo experimentum quiuis quod malũ & venenosum est tangere aliquod membrum luna existente in tali signo illius membri: & causa istius est: nã luna auget humiditatem: quod experimur ad sensum: quod si carnes recentes ponantur de nocte ad radios lune: ibi generantur vermes in carnib⁹ & illud non semper apparet eodem modo: sed precipue in speciali statu lune.

Hic auctor confirmat dicta sua per experimẽta. Nota si carnes in plenitudine lune ponerentur ad radios lune tunc conuerterentur in vermes: & tunc magis ꝙ in alio tempore: quia tũc luna est multum humida. Et ideo dicit auctor in spetiali statu lune: & hoc patet: si aliquis vulneratus poneretur ad radios lune: hoc noceret sibi: quia omnes humiditates conuenirent in locum vulneris & luna augmentat humiditates & sic humiditates nimis fiet intensa: sed si ponatur ad radios solis non est nociuũ: quia radij solis faciunt humiditatem exalare: & sic ex istis patet quod semper in plenilunio mensis maiorатur humiditas: sc3 cerebrum medulla & menstruum: & ideo tunc difficile est studere: propter humiditatem cerebri nimis intensam.

¶ Ut illud sane intelligatur est aduertendũ qd quatuor sunt status lune secundũ Alber. in tractatu solis & lune. Luna vero in eius prima incesione est calida & humida vsq3 quo est semiplena. post hoc nunc dicitur calida &

sicca]quousq; sit plena. Deinde ē frigida vs-
que: est semiplena: in decremento vltimo ve-
ro est frigida vsq; soli adiungitur ⁊ in hoc
statu maxime humectat humida putrefaciē-
do: ideoq; cum luna augeat in omnibus mem
bris humiditatem. tunc ledere membrum cū
ferro est idē quod grauiter vulnerare: quia
malum est humiditatem addere humiditati:
⁊ sic ꝑconsequens augmentatur nocumētū.

Hic confirmat dictum suum. Nota quod prima qua
dra correspondet aeri: qui est calidus ⁊ humidus: ⁊
qui generatur in ista quadra: fiunt sanguinei. Secū
da quadra est similis igni calido ⁊ sicco: ⁊ tunc in il-
lo signo generantur colerici. Tertia quadra corre-
spondet terre: que est frigida ⁊ sicca: ⁊ tunc nascunt
Melancolici. Quarta quadra correspondet aque: q̄
est frigida ⁊ humida ⁊ tunc nascuntur flegmatici. Et
secundum hoc dicūt aliqui q̄d si carnes ponerentur
ad radios lune cum fuerit in quarta quadra: tunc ci
tius conuerterentur in vermes quam in plenitudine
lune: quia tunc: maxime est lune humiditas vigoro-
sa. Nota si aliquis doluerit in quarta quadra: tunc
non debet trahere sanguinem nec vulnerari ⁊ maxi-
me in cerebro. Ratio est: quia tunc per illam vulne-
rationem humiditas augmentaretur nimis ⁊ ideo
fieret nociuum in membro.

¶ Sciatis autem socij mei: q̄uis quedam
mulieres causam rei huius occultam igno-
rant: tamen quedam mulieres bene effectum
cognoscunt ⁊ plura: mala ex isto operantur:
vt cum vir est in coitu cum eis: accidit quan
doq; viris magna lesio ⁊ grauis infectio ex
infectione membri virilis per ferrum appo-

fitum per eas: prout quedam mulieres vel meretrices docte sunt in illa nequitia ꝛ in aliis. Et si fas esset dicere hoc quidem descri berem: sed quia proprium meum creatorem timeo: ꝛ ideo de illis occultis ad presentes nihil manifestabo.

Hic ponit quedam notabilia vt patet in litera. Nota quod quedam mulieres sunt ita caute ꝛ astute ꝛ accipiunt ferrum ꝛ apponunt vulue: ꝛ illud ferrum ledit virgam: sed vir non percipit propter nimiam delectationem ꝛ dulcedinem vulue postea tamē sentit ideo maxime cauēdum est: ne fiat coitus cum mēstruosis mulieribus: quia ex inde homo posset incidere lepram: ꝛ quandoqꝫ in magnam infirmitatem: quia bene trāseunt a singulis membris ad testiculos ideo testiculis lesis cito potest ledi totū corpus. vnde. oya. Si mulierem menstruosam scienter accesseris totum corpus tuum infectum erit ꝛ multum debilitatum: quod vix infra mensem verum colorem ꝛ fortitudinem rehabebis: ꝛ sicut liquidum vestimentis tuis adheret: sic ille fetor omnia interiora hominis corrumpit. Dicit venerabilis ypocras de naturis hominum: mulierem menstruosam non accedas: quia ex isto fetore aer corrumpitur: ꝛ omnia interiora hominis confunduntur. Nota auctor timet deum scibēdo secreta vsqꝫ ad vltimum: ne aliquis expertus forte malum operaretur per illa secreta.

¶ Item de quarto statu Lune precipue possumus effectum declarare predictū alio experimento quod sumitur: quod radii lune de nocte subintrantes fenestras: ꝛ peruenientes ad caput dormientis: faciunt dolorem capitis ꝛ fluxum reumatis. Et causa huius dicta est prius.

Hic ponit aliud experimentum de quarto statu lune. Nota quod causa huius est: quia tunc luna est multum humida: et quia reuma causatur ex superfluitate humiditatis: ideo facit catharrum vnde versus. Ieiunes: vigiles: faciens sic reumata cures. et quia humiditas lune perturbat humiditatem cerebri: et augmentat ipsam: gratia huius augmentationis fit fluxus per nares: et si tunc illi radij inuenirent vulneratum vsque ad mortem lederent ipsum: ideo vulnerati preseruandi sunt a radijs lune.

¶ Capitulum tertium de influentijs planetarum.

Post hoc vero ad influentias planetarum (quos antiqui vocauerunt deos nature super hominem ex parte corporis et anime) nunc reuertamur. etc.

Postquam vero auctor ostendit quomodo per planetas habet formari fetus: hic ostendit quomodo isti planete se habent ad fetum ex parte anime vel corporis. vel simul. Nota quod planete bene dicuntur dij nature. Ratio quia natura regitur ab ipsis: sicut regnum a rege. Unde notus ille mundus sensibilis contiguus est superioribus lationibus vt tota virtus eius inde gubernetur. Sed diceres si planete sunt dij nature quid tunc facit celum stellarum. Dicitur quod celum est causa vniuersalis nature et vniformis: sed planete diuersificant effectum secundum eorum motum: vnde planete dicuntur a planos grece quod est planum siue error latine: non quod in se errent: sed quia ex eorum motibus fiunt diuersi errores in mundo et in effectibus.

¶ Saturnus qui est superior obscurior et grauior et tardior alijs: facit natum qui sub

eo nascitur fuscum in colore ex parte corporis: et planum in capillis nigris et duris: et caput turbidum et bene barbatum: et talis homo continet subtile pectus et habet scissuras in calcaneis figuraliter: et hoc est secundum dispositionem figuralem. Secundum vero animam malus est: multum perfidus et maliciosus iratus tristis et maligne vite: fetida diligens et turpia vestimenta semper induens: et non est luxuriosus et in pluribus venerem minime diligens: immo naturaliter abhorret. Unde breuiter notandum quod secundum intentionem magistri mei in illa sciētia experti: quicumque natus fuerit sub Saturno: habet omnes malas dispositiones corporis

Hic auctor prosequitur intentum suum et diuiditur in septem partes secundum quod sunt septem planete. Nota quod Saturnus est supremus planeta. et cōplet cursum suum in xxx. annis: ita quod redit ad idem punctum zodiaci a quo incipit. Et scd'm Ptholomeum et magistrum rabimoysen. Saturnus est planeta supremus: et maxime distat a terra: ita quod ad illā partem vbi tāgit speram Iouis homo veniret a terra in quinque millibus annorum: et in septingentis et xxxiij. annis: et in septuaginta septem septimanis et in tribus diebus: supposito quod dieta hominis esset decem miliaria. Et secundum astromomos: Saturnus est tante magnitudinis quod est nonagesies maior quam tota terra. Item dictum est in littera quod Saturnus est multum tardus in suo motu: hoc debet sic intelligi quod in tempore longiori complet cursum suum. Unde Saturnus est bene tricesies maior sole quantum ad suum orbem: et sicut sol pertransit suū orbem motu proprio per zodiaci signa in vno anno: sic Sa-

turn⁹ in xxx. annis: ꝛ sic mouetur ita velociter sicut sol. Uerbi gratia. Si duo homines ambularent vnus per xxx. dies pambularet xxx. miliaria: alter vnum miliare: tunc alter qui ambulat vnum miliare ambulat citius: non tamen velocior est in motu: eo ꝙ in equali tempore pertransit de spatio: scḋm phm̄. vi. phisicorum. Item nota ꝙ litera dicit: Saturnus facit natum suum fuscum in colore. Ratio est quia Saturnus est similis terre: quia est frigidus ꝛ siccus: obscurus ꝛ niger: ꝛ virtualiter facit natum obscurum. Item facit natum pilis duris: quia est terrestris cōplexionis: ꝛ ideo in fetu humores malos causat ꝛ grossos: a quibus generantur grossi pili. Item natus eius est tristis: quia melancolice complexionis virtualiter: ꝛ melancolici sunt tristes: quia semper inclinant se ad terram. Item natus eius est piger in incessu: quia ipse est grauis sicut terra ꝛ ideo difficulter mobilis. Item ipse non appetit coitum: quia est siccus: ꝛ si vult appetere: posset vti calidis bene conditis ꝛ humidis cibarijs. Item ille natus semper est inuidus ꝛ perfidus: quia nullum habet gaudium sed semper melancolisat: ꝛ eius somnia: vt plurimū fiunt vera: sicut videmus in fatuis: qui predicunt sepe futura per fantasias ꝛ melancolias ꝛ ipse semper cupit sedere in angulo solitarie. Item nota litera dicit ꝙ ipse habet scissuras in calcaneis: idest diuisionis in pedibus: circa anteriorem partem sicut equi: ꝛ calcaneus est vna pars pedis in anteriori parte qua primo terram calcamus. ꝛc.

¶ Iupiter vel stella regalis existens: pia: dulcis: lucida: temperata: ꝛ ꝓspera: facit natum optimum: quia nato sub eo dat faciem pulchram: oculos claros: ꝛ barbam rotūdā ꝛ figurat duos dentes superiores magnos ꝛ equaliter diuisos. Et dat homini calorem album rubeo permixtum in facie: facit lon-

gos capillos. Secundum animam vero facit natum bonum ꝛ honestum ac modestum ꝛ erit longe vite diligens honestatē: diligens que vestimenta pulchra ꝛ ornata: ꝛ delectabiles sapores ꝛ odores ei placent: ꝛ erit misericors: largus: iocundus: virtuosus: ꝛ verax in sermonibus: incedens honeste: ꝛ multum prospicit terram. ꝛc.
Ponit de secundo planeta qui dicitur Jupiter. Unde secundum astronomos complet cursum suum in xij. ānis. ita quid sub quolibet signo moratur ad vnū annum: vnde secundum astronomos Jupiter multū distat a terra: quia ad illam partem vbi est propinquior terre: homo veniret de terra in duobus milibus annorum: ꝛ in quingentis viginti sex annis: ꝛ quatuor septimanis ꝛ quinq; diebus: supposito quod dieta esset decem miliaria. Et magnitudo eius est talis: quod quinquagesies est maior terra.
Item Jupiter dicitur fuisse ille qui expulit patrem a regno: sic Jupiter expellit operationem Saturni: quia sibi contrarius est per totum: vt patet in litera. Quia secundum astronomos qui nascitur sub Joue perueniet ad multos honores: facit faciem pulchrā ꝛ facies est nobilior pars corporis. Unde Jupiter plus laborat in facie q̄ in alijs membris: ꝛ facit hominem album rubedine permixtum: quia ille color est pulchrior inter alios: quia est sanguineus. Item facit barbam rotundā: quia rotunda figura est nobilissima figura. ex. ij. de celo. Et ideo caput pueri rotundum est diligendum: ideo nutrices solent comprimere ꝛ rotundare facies ꝛ capita puerorum. Item facit capillos longos: quia facit natum calidum ꝛ humidum humiditas enim cum calore est causa longitudinis pilorum. Unde pilus est superfluum ꝛ residuum humiditatis quod exit per poros. Et ideo qui habent longas barbas: ꝛ qui cito barbescunt sunt bone complexionis. Item natus sub Joue est bonus:

secundum animam: fidelis ꝛ addiscens. ꝛ coitum appetens: ꝛ bene appetens gratia caloris: potens in opere gratia humiditatis sufficientis ꝛ bene capit singula que audit: quia habet spiritus abiles ꝛ satis humidos: quia humidus bene recipit: quia calidus ideo bene delectatur: ꝛ nō est piger: ideo spiritus sensuum exteriorum deferunt species sensibiles ad virtutes interiores anime. sc3 ad virtutem imaginatiuā cognitiuam ꝛ ratiocinatiuam.

¶ Mars cum sit intemperatus cum caliditate ꝛ siccitate. Ideo secundum hoc facit natum suum rubei coloris: cum quadam adustione ꝛ obscuritate: sicut videtur in istis qui passi sunt a sole. Et habet paruos capillos ꝛ paruos oculos: ac totum corpus habet curuum ꝛ grossum aliqualit᷑. Secundum vero animam fallax: inconstans: inuerecundus: irascibilis: proditor: discordias ꝛ bella seminans: ꝛ superbus erit.

Hic exequitur de tertio planeta: qui dicitur Mars Nota ꝙ Mars mouetur sub zodiaco taliter ꝙ complet cursum in duobus annis: ꝛ distat a terra: sic ꝙ ad illam partem vbi propinquior est terre: homo veniret in quadringentis ꝛ .xc. annis ꝛ xi. septimanis ꝛ iiij. diebus: supposito quod dieta hominis esset nouem miliaria. Itē nota caliditas ꝛ siccitas sunt causa adustionis: ꝛ crispitudinis criminum. Unde nati sub Marte habent paucos crines causa siccitatis: ꝛ habent curuos siue crispos crines gratia adustionis Ista apparent: quia videmus quod cum calamistro summe calefacto crines crispantur: patet etiam ꝙ crispitudo crinium arguit iracundiam. Item natus sub marte est rubei coloris cum quadam obscuritate quia color rubeus causatur ex eo: quia calidum agit

in humidum ꝛ consumendo humidum relinquit siccum: sicut videmus quando debent comburi lateres ꝙ ante combustionem non sunt rubei: sed postea cōsumpto humido efficiuntur rubei. Et isti nati habēt paruos oculos: quia oculus est membrum in quo viget humiditas: quia oculus est aquee nature ab extrinseco. ij. de anima. Quod patet si leditur exit aqua ꝛ quia mars est calidus ꝛ siccus: ideo non potest magnos formare ꝛ pulchros oculos. Item mars inducit bella: quia exicat cerebrum ꝛ cor intēdit ꝛ sic ira generatur circa cor. vnde ira est accensio sanguinis circa cor: ꝛ ideo mars secundum antiquos vocabat deus belli. Item est fallax. Ratio quia est siccus ꝛ calidus: ꝛ sic semper est iracundus ꝛ cogitat de malo: vt fallat homines ꝛ prodat. Item satis appetit coitum quia calidus ꝛ modicum potest: quia caret humiditate.

¶ Sol quidem regalis stella existens: lumen mundi ꝛ oculus vocatus: natum ab eo facit carnosum ꝛ faciem pulchram ꝛ oculos magnos: colorem album cum quad[illegible]m rubedine: bene barbatum ꝛ longos capillos. Secundum vero animam vt quidam scribunt facit hypocritam: ꝛ malū: iustum in exteriori parte apparentem: ꝛ facit homines multum scientes secundum aliquos: sed inueni aliquos dicentes: ꝙ natus sub illo planeta est regularis: religiosus: profunde deuotionis: sapiens: diues: diligens bonos ꝛ deprimens malos.

Sequitur de quarto planeta qui dicitur Sol. Vnde Sol de sui natura est planeta calidus: ꝛ ideo influit nato sub eo calorem: ꝛ est siccus: sed temperate. Sed diceres si sol est siccus sicut mars: quare non influit eundem effectum? Dictum quod propter caliditatē

⁊ siccitatem Sol virtualiter est humidus: ⁊ non sicc⁹ nisi temperate. Item Sol secundum antiquos dicebatur pater deorum: quia Sol est principiū vite .i. influēs esse omni rei: ita quod Sol per eius accessū ad hemisperium nostrum influit fertilitatem ⁊ generationem: ⁊ post eius recessum videmus flores arescere: ⁊ terram fieri aridam: ⁊ in quolibet signo manet quadraginta dies ⁊ cursum suum perficit in vno anno motu proprio ⁊ naturali. Et secundum astronomos tantum distat a terra: quod ad illam partem vbi propinquior est terre homo veniret in quadringentis ⁊ triginta annis ⁊ viginti sex septimanis: ⁊ in duobus diebus: ita quod dieta eius esset: decem miliaria. Item natus sub sole est ypocrita: ⁊ dicitur ab ypos quod est sub: ⁊ crisis aurum. q. habens malum sub auro: idest sub bona apparentia. Unde versus. Omnis ypocrita facie tenus est heremita. Mente licet tacita latens anguis aconita. Item sol calefacit temperate: ⁊ ideo facit natum sub eo magne sapientie: quia calor saltem moderatus est instrumentum operandi virtutes anime: quia calor facit spiritus agiles ⁊ promptos. Item dicunt quidam. Natus sub sole libenter vult mitti in exilium: quia amabilis est ⁊ iocundus: ideo deus prouidet sibi de omni bono. Item Sol secundum Ptolomeū in centiloquio suo dicitur esse octies maior q̄ tota terra.

¶ Uenus est stella beniuola: ⁊ facit natum pulchrum ⁊ maxime oculis supercilijs: ⁊ carnosum: mediocris stature. Secundum animam vero blandum: facetum: eloquentem: musicalia diligentem: voluptatem: gaudium ⁊ coream desiderantem: ⁊ ornatū corporis diligentem: ⁊ incedentem suauiter.

Prosequitur de quinto planeta qui dicitur Uenus. Unde Uenus habet plura nomina. Primo dicitur

Uenus

Venus a venerando quia antiqui venerabantur eā causa amoris: etiam dicitur lucifer: quia de mane lucem indicat quando precedit solem: sequendo de vespere dicitur vesperus: quia vesperum de nocte indicat solem: tamen sequendo: et habet colorem candentem et fulgentem inter sydera. Et complet cursum suum in trecentis triginta octo diebus. Et Venus est in magnitudine sicut est vna pars de viginti octo partibus terre: et secundum astronomos tantum distat a terra quod ad illam partē vbi propinquior est terre: homo veniret in quinquaginta et quindecim annis: et in xix. septimanis: et in vno die: supposito quod dieta esset decem miliaria. Nota quod Venus est planeta calidus et humidus virtualiter: et facit natum luxuriosum et pulchrum: quia gratia caloris facit natum appetere: et gratia humiditatis facit ipsum posse in opere. Item facit natum diligere musicalia: quia musica est vtilis pro cantantibus et ipsis amatoribus: quia carmina confortant amorem. Item nota supposito quod Venus et Saturnus venirent secū dum oppositum: tunc natus illo tempore non esset omnino malus nec omnino bonus: sed medio modo se haberet: quia bonitas Veneris retardat malitiam Saturni quantum potest: et sic facit medium.

Mercurius quem astronomi solent assequi: vt asserunt: et eius radios contrahi: facit natum cum corpore gracilem satis parue persone: et barbe pulchre et rare. Secundum animam erit sapiēs et subtilis: philosophiam diligens et studium: boni moris et perfecti sermonis: et ille multos acquirit amicos: et tamen non multum fortunatus: in eo bona cō silia vigent: verax et nullius perfidie: expers infidelitatis et inscius: et non est conscius. i. socius in malo.

D

Hic exequitur de sexto planeta qui dicitur mercu rius. Nota quod mercurius semper graditur cum Sole et nunquam ab eo distat amplius quam triginti gradibus Colorem habet radiantem: raro propter vicinitatē solis videtur: si tamen in meridie mediante speculo videtur. Et dicitur mercurius quasi mercatus kyri os:i. dominus:quia mercatores indigent eloquentiam vnde mercurius dicitur deus eloquentie: et complet cursum suum in trecentis.xxxviij. diebus: ita quod modicum minus quam per annum. Et quantitas mercurij est:sicut vna pars de xxij. mille partibus ter re: ideo est parua stella: et litera dicit quod mercurius contrahitur a radijs solis. Ratio est: quia continue mouetur sub sole: et propter radios solis videri non potest:quia maius lumen obfuscat minus. Item na tus sub eo diligit philoso. quia facit natum subtilem secundum animam:ideo diligit subtilia. Item mer curius facit hominem loquacem: multas infirmita tes patitur: et ipse est boni consiliū.

¶ Luna cum sit velocioris motus facit natū vagabundum: verum sermone:nullius serui tij: et facit iocundum et mediocris stature: et habet oculos inequales: scilicet vnum maio rem reliquo.

Exequitur de vltimo planeta qui dicitur Luna. Nota septimo quod Luna est velocissimi motus: ideo natus eius est vagus et non potest durare in aliquo officio vel seruitio. Et quia Luna est velocissimi mo tus:patet quia quanto planeta est inferior tanto ci tius mouetur. vnde luna complet cursum suum xxvij. diebus: et in octo horis. Et secundum astronomos tantum distat a terra quod ad illam partem vbi est propinquior terre: quod ad concauum orbis Lune ho mo veniret in xij. annis:et viij. septimanis:et in tribus diebus:supposito quod eius dieta esset x. milia cum dimidio. Nota luna habet lumen a Sole: et quando currit cum sole: tunc habet maiorem vigorem et vim

vt in nouilunio: ꝛ in quolibet mense anni comple-
cursum sum per xij. signa. Et in luna videmus macu
lam: ꝛ causa huius est per cōmentatorem .ij. de celo:
quia luna est corpus rotundum ꝛ rarum in medio dē
sum ex nubibus. Et ideo in medio propter raritatē
non potest reuerberare lumen Solis: ꝛ sic penetrat
ipsam in medio: ꝛ per hoc habet obscuritas

¶ Et sciendum ꝙ omnes stelle ꝛ alie partes corporis supercelestis: illa officia diuinitus exequūtur ꝛ semper sic agunt ꝛ sic nunꝙ̄ impediuntur: quantum est ex parte earum. Et ideo si fas est dicere secundum ea que dicta sunt: omnia inferiora a superioribus reguntur. Et ideo illa que diuino sacrificio ꝛ bestiali immolatione ꝛ alia que in mundo fiunt non possunt remouere actionem corporum supercelestium dantium vitam ꝛ mortem.

Hic auctor ponit vnum notabile quia prius dictū est ꝙ natus sub diuersis planetis: diuersimode regitur ꝛ producitur. Diceret aliquis: quomodo vel quare vel per quem sunt stelle sic ordinate. Respōdetur quod per naturam diuinam talis ordinatio facta est Deus autem sic ordinauit dominia planetarum: ꝛ illud patet xij. metha. Et auctor vult quod per ieiunium ꝛ sacrificium bestiarum non potest remoueri cursus planetarum. Illud probatur. quia motus celi est semper vniformis ꝛ regularis vij. phisicorū: ꝛ semper inuariabilis: sicut ergo deus instituit ab eterno: sic ab eterno vel in eternum permanebit. Sed cōtra sapiens dominabitur astris secundum Ptolomeum ꝛ theologos: hoc non esset nisi cursus planetarum ꝛ effectus impediri possent. Respondetur ꝙ sapiens sic dominatur astris: quando videret aliquem effectum saturni de necessitate: vt frigiditatem: tunc po

test se cauere a nocumento: sed non potest impedire eorum effectuum simpliciter quin ita semper agunt Et auctor loquitur naturaliter: cum dicit per sacrificia non potest mouere affectus planetarum: quia theologus tenet ibi oppositam partem: quia omnia sunt in potentia dei: et deus agit libere: et sepe exaudit orationes christi fidelium.

¶ Ex istis verbis sic forte aliquis crederet me sic cadere in duplici peccato. Primo quidem. quia statim visa superficie verborum concluderet ex eis verbaliter: omnia de necessitate venire. Secundo quod me occultorem christiane fidei valet dicere. Sed quia declaratio amplior est in hac parte: ideo eam omittimus. Et de illis planetis et vniuersaliter de superioribus corporibus: quo ad influentiam respectu inferiorum intantum dictum est. Est autem notandum quod aliquando plures fetus nascuntur in matrice: hoc autē est per disgregationem seminis in ipsa matrice: quia matrix habet cellulas in se: cū autē in quamlibet cellulam recipitur materia: fetus ibi fiunt multi.

Hic respōdet quidam questioni: quia aliquis posset contradicere auctori. Ex dictis namque patet: quod omnia ex necessitate veniunt: quia eueniunt iuxta cursum planetarum: et ille non potest impediri secundū auctorem. Unde omnia bene eueniunt ex necessitate condiconata: sed non absoluta hoc sic declarat: quia quilibet effectus de necessitate euenit stantibus suis causis necessariis et infallibilibus: vt dicit Arist. ii. posteriorum: sed quia materia quandoque est indisposita: ideo eorum effectus impediuntur per accis

dens: ꝛ sic supposito ꝙ virtus planetarum in tali sig- no: inducat mortem: tamen ad huc homo per reme- dia potest conseruari: ꝛ sic materia non est disposita seu apta ad talē effectum: ex illo patet error illorū qui dicūt ōnia euenire de necessitate cōstellationis.

¶ Capitulum quartum/de generatione animalium imperfectorum.

Ut autem que dicta sunt lucidiori lu- mine cognoscantur: ꝛ quō aliquando plures fetus fiunt in matrice: ꝛ plures pue- ri nascuntur: sicut duo gemelli: oportunum est modicum trāsgredi ab hominis genera- tione: ꝛ videndum est de generatione anima lium imperfectorum: que nō ex semine sed pu trefactione generantur. Iuxta ꝙ notandū quod illa animalia imperfecta sicut musce ꝛ similia non semper eodem modo generantur sicut perfecta animalia: quia per decisionem seminis non generantur: sed ex putrefactis. vt patet. iiij metaphisice.

Capitulū quartum in quo auctor agit de formatio- ne fetus in vtero: ꝛ primo facit disgressionem a pro posito. Secundo regreditur ad propositum: vbi. Re spondeamus ꝛ dicamus. Nota quod musce ꝛ aranee sunt animalia imperfecta: ꝛ non sunt de perfectis ne vniuersi: sed tamen non sunt omnino frustra: quia natura ipsa ordinauit: vt malos humores absorbeāt ꝛ vt eo melius homines a malis humoribus proser- uarentur.

¶ Utrum a sit animalia eadem ex semine vel sine semine generantur. Dubitatio est apud

plures. Opinio enim Auicen. li. de diluuijs: est q eadem animalia ex semine z sine semine generantur: z hoc declarat quia diluuium fi eri potest adhuc vniuersale: z in tali diluuio corrumpuntur omnes viuentes: corruptis autem omnibus fierent influentie in cadaue ra mortuorum que putrefacta sunt: z tunc ex virtute celi generabuntur eadem que pri us fuerunt: ita quo vnum generabitur ex pu trefactis: z aliud per decisionem seminis ge nerabit sibi simile: in specie igitur eadē ex se mine z sine semine generabuntur z declarat posibilitatem huius ad sensum dicēs capiā tur capilli mulieris menstruose: z ponantur sub terra pingui vbi iacuit fimus terre tēpo re hyemali: tunc in vere siue estate quando calescent calore solis: generabitur serpēs lō gus z fortis ille vltra generabit sibi similem in specie per decisionem seminis: z illud idē declaratur in mure: quia tempore suo quidā mus erat factus ex putrefactiōe z ille vltra sibi generauit similē in specie ex semine: plu res ratiōes possūt adduci: sed sufficit qd di ctū est: qa longū esset omnia accidentia ad illam materiam enarrare.

Hic auctor mouet dubium. Et primo ponit opinio nem Auicen. z rationes eius. Secundo reprobat il lam ibi breuiter. Ad illam opinionem. Nota quod Auicen. posuit datorem formarum: vt p3 per comē. xij. metha z iiij. z ideo ipse vltra posuit: quod virtus diuina mediante motu planetarum possit infunde

re formas: ⁊ dare esse. ⁊ tunc vltra ex putrefactione rebus generatis illa vtraqꝫ generāt sibi similia sicut posuit: si virtus solis in terra producit plātam: quod illa vltra mediante fructu ⁊ semine posset producere aliam plantam. Nota quod crines mulierum menstruosarum sunt multum humidi grossi ⁊ venenosi. Et ideo si isti ponuntur sub pingui terra in hyeme: tunc generabuntur humiditates ⁊ venenositates p virtutem Solis: ⁊ possint verti in serpentes: ⁊ sic dicitur quod basiliscus fiat artificialiter in fimo ex ouo Unde fimus est terra pinguis: aruinata: humiditate repleta: ⁊ ideo facit aliquid fructificare. Unde in terra arida ⁊ sicca illud non habet veritatem. Item in hyeme fimus ab intra est humidus ⁊ calidus sufficienter: q̄r frigus circumstans non permittit calorem innatum exalare: ⁊ recedere. Nota quod mus qui generatur ex putredine terre est grossior alio mure generato per decisionem seminis: ⁊ ille habet caudam maiorem: ⁊ est multum venenosus: quia materia fuit putrida valde ex qua est productus. Item Auicen. posuit quendam vitulum cecidisse de celo: quē dixit generatū fuisse in aere ex putrefactione.

☞ Sed breuit̄ ad illam opinionē dicendū est ꝙ ipsa nō ē vera. Et ratio est. scd̄m philosophū. viij. phisicorū sicut aliquis habet propriam materiam: sic proprium habet agens: q̄r tali materie est talis forma: q̄r alius est actus materie: ⁊ alius est actus forme vt dicitur viij. metha. ⁊ cum illa animalia habent diuersas formas: ergo ⁊ materias: ⁊ per cōsequens diuersa agentia ⁊ generantia habebunt. Intentio enim philoso. viiij. phisi. est ꝙ eadem animalia saltem secūdum speciem possunt fieri ex semine ⁊ sine semine: sicut sa

nitas quandoq fit ab arte quãdoq a natura. Sed in hoc differt ab Auicen: qui agit q nunq animalia perfecta sine semine fiant: secundum autem plurimũ hoc non est verum. Differt etiam ab eo: q secundum doctrinam phĩ primo metha. Diluuiũ vniuersale est impossibile apud naturam: tam per ignẽ q per aquam. Et hanc rationem ponit Alber. quia diluuiũ fit ex constellatiõe humectante: ideo si constellatio humectans respicit vnam partem terre: tũc alia opposita terre respicit aliam partem. scz. constellatio desiccãs. Et quãtum vna humectat in vna parte tunc alia desiccat in alia parte. Ideo impossibile est qd dicit Auicenna.

Hic improbat opinionem Auicen. Et nota rationẽ comentatoris probãdo: quod generatum ex semine ⁊ sine semine differunt specie: sic q agens est diuersum ⁊ recipiẽs diuersum ⁊ sic receptẽt erit diuersum: sed a propagatis ⁊ a putredine generatis: sic est q materia est alia. scz semen ⁊ putredo. igitur. Itẽ agentia sunt duplicia: sicut virtus solis ⁊ stellarum cum calore incorporata in putrefactis ab vna parte ⁊ agentia a quibus semina decidunt ab alia parte. scz. in propagatis sic illi duo mures differunt specie ⁊ si serpens fit: generatur a crinibus: ⁊ vltra alius generatur: per decisionem seminis: illi differunt specie. Nota quod impossibile est fieri diluuium vniuersale: q planete non possunt sic concurrere: sed bene fit diluuium particulare vt si omnes planete frigidi concurrerent in hoc frigido signo piscium: quia illud signum est summe frigidum ideo contingere posset: quod diluuium tunc generaretur in vna regione quam illud signum respicit: ⁊ sic non potest fieri

nisi miraculose vniuersale diluuium. Legitur enim quod factum fuit diluuium vniuersale propter malitiam hominum: de illo nihil hic ad propositum: cum naturaliter loquimur. Ex dictis nota per experientiam videmus nos quod tempore hyemali in vna regione plus generatur de aqua: & in regione opposita vbi est estas plus generatur de aere & igne secundum cursum planetarum

Respondeamus & dicamus: quod quedam sine semine generantur: & causam huius generationem reddit phūs. iiij. metha: dicens calor disgregans corpus mixtum facit per hoc ꝙ subtile extrahit: & relinquit grossum: & non est absolute calor: sed est virtus constellationis celestis. Et phi. intentio est: ꝙ materia ex qua animal sine semine nascitur: est aliqua humiditas subtilis in qua quidē calor naturalis semper agit ex parte celi: qui dum proportionatus est materie in quā quidem materiam forma talis animalis debent introduci: hanc humiditatem calor celestis iam dictus segregat a qualitate parte grossi terrestris: & secundum intentionem philoso. vij. metha. hec generatio est vniuoca saltem virtualiter: non autē formaliter. Per hoc soluitur dubitatio: quam quidem faciunt dicentes. Omne qđ generatur vniuoce ex sibi simili generatur in specie: verū est autem formaliter: vt iam dictum est. Circa hoc notandum ꝙ ex eadem materia plura animalia imperfecta nascunt̄: vt ex equi stercore nascuntur musce vespe & plura alia: & di

uersi coloris ꝛ figure: ꝛ similiter scarabei.

Hic soluit dubitationem: ꝛ respondet secundum intentionem suam. Nota quod secundum Albertū talis est modus generationis animalium ex putredine quia calor Solis quando protenditur vsqꝫ ad materiam putridam: tunc extrahit humidum subtile ab illa materia. ꝛ generantur quedam pellicule ita quod calor interior non permittitur exire: ꝛ tunc virtute Solis ille calor qui est in materia putrida petit exitum ꝛ impeditur: ꝛ ex tali motu sursum ꝛ deorsum generatur quidam spiritus pulsans mediante quo spiritu vita producitur in tali materia. Et si q̄ritur vtrū ille spiritus pulsans sit substantia vel accidens. Dicēdum quod est substantia quia mediante virtute formatiua ille spiritus agit: ꝛ quia agens non nisi mediante spiritu substantiā producit: ideo necesse est illū spiritum esse substantiam: ꝛ ille spiritus est corpus subtile: generatum ex subtiliori parte materie mediante putredine. Sed dubitatur vtrum ille spiritus sit animatus ꝛ inanimatus. Dicendum est quod ille spiritus non est formaliter animatus: sed virtualiter: quia educit animam viuentis effectiue de illa materia putredinali. Et ideo Auicen. in xij. metha. in illa disgressione vbi: improbat Auerro. Platonē ꝛ Themistium quod ex putredine generantur rane: sed autor dicit calor Solis attrahit humidum a putredine probo per experientiam. Accipio vnum murem putredinalem: ꝛ ponam in locum vbi sunt radij Solares in vigore: inuenio quod calor solis facit exalare totam materiam muris: ita quod nihil remanet ibi nisi pellis. Nota quod generatio vij. methap. diuiditur: ꝛ quedā est vniuoca: quedam equiuoca. Equiuoca est quando formaliter generans ꝛ genitum differunt specie: vt si generatur mus de terra. ꝛc. Uniuoca est: quando generans ꝛ genitum conueniunt in specie: vt homo generat hominē: vel equus equū. Et ex illo soluitur dictum phi. vij. metha. quando di=

tit. Omne quod fit: a simili suo in specie fit. Verum est de generatione vniuoca: sed non equiuoca. Nota quod animalia generata ex putredine non habent semper eundem colorem speciem vel figuram. Ratio quia ista animalia differunt spetie: modo quecumqȝ differunt spetie: etiam dicuntur differre fig- ra ꝛ in colore naturali: quia ista consequuntur formam.

¶ Causa autem diuersitatis illorum anima- lium est diuisio seminis in matrice: ꝛ illud est verum principaliter in animalibus perfe- ctis. Est enim notandum quod im matrice mulieris plures sunt cellule: quando tunc se men decisum a patre sic colligitur: ꝙ in vna quaqȝ cellula matricis pars seminis sic reci- pitur: tunc est modus generationis plurium fetuum: ꝛ ille modus generationis respectu animalium imperfectorum accipit simile: ita ꝙ ibi inest aliquid loco matricis: ꝛ aliquid se minis. Et ideo talis humiditas diuiditur ꝑ loca eductionis fetus imputrefactis. Et ide o multiplicantur talia animalia. Et causa si- militudinis talium animalium similitudo hu midi educti de corpore in partes homogene- as: ꝛ diuersitas speciei talium animalium su mitur per oppositum. scȝ per humidum edu- ctum in partes etherogeneas.

Hic auctor infert causam quare aliquando plures pueri nascuntur. Unde plures sunt cause plurium fe tuum particularium. Prima est diuisio seminis in cellulas ꝛ non est sufficiens: quia expertum est per obstetrices quod semel vna domina peperit massam carneam continentem septuaginta figuras hominū

modo certum est quod non sunt tot cellule matricis Secunda causa est abundantia seminis: et tunc diuiditur et spargitur: et fiunt plures fetus. Tertia causa est: quia quando mulieres in coitu nimis mouent se et tunc circundispergitur semen et fiunt plures fetus Quod autē quedā animalia generata sunt longa stricta: et quedam breuia hoc est ex diuersitate complexionis humidi: quia ex colerico calido et sicco generatur corpus longū strictum et gracile: eo qđ calor in eo multum extenditur. Ex flegmacico frigido et humido generatur animal breue et latum: qz humor aqueus multum dilatabilis: et frigiditas nō multum extendit ipsum. Sed ex sanguineo calido et humido generatur animal medium inter longum et breue propter calidum et humidum: temperatum. Sed ex melancolico generatur animal strictum et breue: quia frigiditas non permittit ipsum extendi et siccitas non permittit ipsum extendi dilatari. Ex colerico autem accidētali et adusto generatur animal longū et valde gracile: qa feruor caloris eius multum extenditur: et siccitas mediata et moderata attenuatur. Et est notandum qđ colericus est crocei coloris: vt frequentius: et sanguineus rubei coloris: et melancolicus nigri coloris: et flegmaticus albi coloris. Et quorum natura permixta fuerit horum et qualitas et calor necessario permixtus erit. Sic ergo in hoc capitulo habemus modum generationis animalium perfectorum ad similitudinem imperfectorum: et quo

modo plures fetus simul fiunt: tam in perfectis quam imperfectis: ꝛ quare aliquid animal est longum ꝛ aliquid breue: quare talis coloris: vt frequentius.

Hic auctor ostendit causam quare quedam animalia generata sunt longa ꝛ quedam breuia: ꝛ satis patet in textu. Nota nullus homo est qui sit purus colericus vel flegmaticus: ꝛ sic de alijs: sed sunt omnes mixti: sed vnus bene plus habet de sanguine ꝙ alter quia nullum est animal in quo elementa equaliter dominantur. vt probat Auerro. i. de ce. quia si hoc esset verum: homo vbicunque poneretur quiesceret: quod est impossibile. Et tamen de generatione animalium imperfectorum.

¶ Capitulum quintum de exitu fetus de vtero.

Nunc autem ad superius dicta de generatione ꝛ formatione embrionis in vtero materno: sermonem nostrum conuertamus: ꝛ de modo exitus dicamus. Et primo videndum est: quomodo iste tres potentie anime. scꝫ vegetatiua. sensitiua. ꝛ intellectiua veniunt ad materiam fetus siue quo ordine. Iuxta quod est notandum: ꝙ illud est alterius negotij ꝙ presens materia requirit: qꝛ respicit scientiam libri de animalibus: tamen aliquantulum de ipso breuiter tangam.

Primo premittit quedam necessaria. Littera dicit quo ordine: qꝛ inter istas potentias est ordo perfectionis ꝛ communitatis ideo dicit commentator. i.

metha. in de erroribus q̄ꝫ primo respiciuntur ⁊ accipiuntur forme vniuersales: ⁊ postea minus vniuersales vsqꝫ ad determinatas. ergo semper est ordo.

☞ Sperma vero collectum in matrice mulieris augmentatur statim quando infusum est ei: ⁊ quādo matrix est bene clausa: sed alimentum siue augmentum est a potentia anime vegetatiua: quia spermate deciso a patre vel generante dimissa est potentia vegetabilis: ⁊ hoc patet ij. de anima. vbi dicitur ꝙ potētie vegetatiue sunt duo opera. scꝫ. generare ⁊ alimento vti: quia planta generat plantam: animal vero animal. Unde dicitur qđ ab illa anima fluat virtus gñatiua ꝑficiens seu competens generationi embrionis: postea vero tempore subsequenti secundum exigētiam nature superadditur materie anima sensibilis: ⁊ postea anima illius: speciei vel illius. Et ille virtutes: scilicet vegetatiua ⁊ sensitiua distinguūtur per operationes: que vltra differunt ꝑ obiecta: ⁊ non differunt ille due potentie. scꝫ vegetatiua ⁊ sensitiua: ita ꝙ sunt due potētie distincte secundum essentiam: est enim vna ⁊ eadem essentia vegetabilis q̄uis nō eodem modo: ⁊ hoc dicit phūs 16. de animalibus: embrio primo viuit vita plante: secundo vita animalis: tertio vita huius speciei vel huius. Etiam additur in homine virtus intellectiua que non generatur a materia: sed a celo: ⁊ est de formis infusa: vnde est finis ⁊ perfectio omnium formarum

existentium inferius. Jam consueuit apud medicos dici q prima vita est latens et occulta: media apparens et manifesta. Ultima vero excellens et gloriosa: a prima est sensus naturalis: a secunda sensus animalis a qua est sensus visus: auditus: et etiã motus voluntarius: a tertia vero est sensus spiritualis a quo importatur discretio et perscrutatio: et sic de alijs.

Hic auctor ostendit intentum suum: ostẽdendo quomodo iste: tres potentie veniunt ad materiam. Nota quod spiritus et semen viri est quodammodo vitalis: quia viuit vita hominis. Et quando istud recipitur in matricem viuam: et calidam: tunc operatur in semine mulieris: et virtus vegetatiua: et formatiua primo generat pelliculam secundinam cui semen inuoluitur: et sic continue semouet ad semen mulieris: et penetrat ad materiam longam: latam et profundam. Et incipit ibi virtus formatiua: et generat spiritus pulsantes et pulsatiles: et in eo generat illos spiritus pulsantes facit materiam viuam: et format venas et neruos in quibus currunt illi spiritus: vnde spiritus et vene pulsatiles: vel saltim proporcionabiles eius: inueniuntur in arboribus et in plantis: et tunc materia sic viuente vita spirituũ qui vegetant illam materiam: tũc anima sensitiua recipitur in illa materia. Et tũc in homine materia stante sub anima cognitiua: que est vltima forma naturalis: per virtutem dei et celi intellectus infunditur et introducitur. Unde loquẽdo tam phisice q̃ theologice intellectus non educitur de potentia materie: quia intellectus non est corpus neq virtus in corpore: p cõmenta iij. de anima commento v. et iiij. Sed theologice loquẽdo tunc anima est forma substãtialis corporis humani dans sibi esse substantiale: sed Auerrois ponit quod intellectus copulatur nobis solum a generatione: et p copulationẽ

fantasmaticam sicut nauta naui p̄ nauigationem: ⁊ ponit quod sit vnus in omnibus hominibus: ⁊ ille articulus est ab ecclesia condemnatus: qui enim hoc credunt saluari non possunt. Et per hoc tenent potissime Aristo: esse damnatum: quia in illa opinione videtur mortuus fuisse: ita quod ad minus dubitauit sic: q̄d non firme credidit quemlibet hominem habere distinctum intellictum a deo creatum: sicut dicitur in .ij. de anima. Nota quod illa forma dicitur educi de materia q̄ extenditur extēsione materie: ita quod tota est in toto ⁊ pars in parte extensiue: vt anima sensitiua in corpore pedali est pedalis: ⁊ in semipedali semipedalis: licet sit tota in toto virtualiter. Nota quod auctor videtur ponere illud quod potentia vegetatiua sit p̄ aliquo tempore in materia pro quo non est sensitiua: illud est verum manifestatiue: ita q̄ prius manifestantur opera huius potencie. ⁊ prius apparet fetum nutriri ⁊ augmentari: anteq̄ꝫ sentiat ⁊ se moueat.

¶ Tempus vero egressus fetus ab vtero materno: vt frequentibus est in nono mense quibusdam tamen in octauo: quibusdam in decimo. ⁊ quibusdam in vndecimo: ⁊ etiam non vltra. Quedam vero mulieres solent parere in sexto mense: ⁊ abortiue. idest naturam hominis producunt: sed aliquā materiā carneam ⁊ lacteam. Illud autem accidit eis propter plura. vt patet. quia materia menstruorum corrupta est: vel per nimium motū per quem rumpitur matrix: vel propter alia mala: ⁊ ideo meretrices ⁊ docte mulieres vt helene in hac arte: q̄n sentiūt se imp̄gnatas mouent se de loco ad locum: de villa ad villā ⁊ ducunt coreas ⁊ multa alia mala: ⁊ frequentius multum coeunt: ⁊ lactantur cum viris

vt per

vt per motum liberentur a cõceptione: ⁊ cupiunt coitum vt per delectationem obliuiscantur dolorem qui generatur ex distructione fetus.

Hic auctor exequitur intentum suum de egressu fetus. Nota qd oīs fetus q̄ egreditur in ix mense: vt sepius viuit: q2 ille fet9 est bene maturus: ⁊ satis fortis: qa nonus mensis correspondet Joui: Jupiter vero est beniuolus planeta. scz calidus ⁊ humid9: ideo est ministrator ⁊ nuncius vite: vita autem consistit in calido ⁊ humido. Item auctor dicit: quandoq3 in xi. mense fit egressus ⁊ illud non est verum: sed mulieres decipiuntur in computatione quandoq3 concipiunt vnam massam seminis; ⁊ post aliam quindenam impregnātur: ⁊ tunc putant se concepisse prius: vnde illa massa prius concepta eijcitur ⁊ emittitur tempore vero conceptionis. Nota q̄ quando puer primo egreditur tunc ponit digitum ad os ex sue nature exientiam. Ratio: quia puer exit de matrice tanq̄ de balneo calido: ⁊ tunc veniens ad aerem sentit frigus: ideo ponit digitum ad os calidum vt calefiat ipsum. Item quando nascitur tunc sonat: quia patitur ab aere frigido. Et si facit clamorem in virtute: signum est q̄ non erit viuus: quia aliunde non faceret clamorem: nisi a quadam lesione vel presura.

¶ Est autem notandū q̄ iuuenes mulieres ex timore: ⁊ ex ictu tonitrui sepe disponunt: q̄ fetus vitam habens moritur: ⁊ si vita nō habuerit: possibile esset q̄ semen motu naturali a forma hominis destrueret. Causa aūt huius primo accidit ex parte timoris: a quo totum corpus immutatur ⁊ disponit: ad egritudinem: ⁊ p eius aduentum fetus leditur ⁊ extinguitur. Secundo ex parte fulminis: q̄

E

penetrat vsq ad interiora et ea destruit et cõ
bustionem facit: et tamen nullum signum adu
stionis extra apparet: propter vaporis illi⁹
subtilitatem. Et est etiam vapor ille: fortissi
mus. qui etiam qñq interficit hominem: eo
q penetrat ad membra vitalia interiora et p
pter subtilitatem non apparet adustio: eo q
magis ledit ictu q̃ calore. Et tunc vt frequẽ
tius scdm dispositionem naturalẽ interiorẽ
vbi fetus inuenitur dispositus: tunc consu-
mit totum humidum radicale et complexio-
nale ipsius fetus: et tunc fetus extinguitur.
Est sciendum q illa non sunt ficta: q: sicut re
citat Alber. de operatione et effectu fulmi-
nis: q in ictu tonitrui quandoq videtur cõ
buri calceum pede illeso et e conuerso: et quã
doq pili iuxta loca libidinis membris illesis
et q ictus fulminis pertingit ad interiora: p
hunc modum quem dixi: fides huius est: q̇a
venenosus serpens pcussus a fulmine p pau
cos dies vermiculat: et putrescit: et est serpẽs
a quo tollitur venenum p huiusmodi impre-
ssionem. Item signum fidei est dolium pcu-
ssum: cuius vinum stetit p aliquod tempus
non exeundo: de his autem et de eorum cau-
sis superfluũ est hic determinare.

Hic auctor ponit quedam notabilia. Et nota quod
tonitruũ quandoq ex calore fit. scilicet quando exa
lationes calide recipiũtur inter nubes: et ibi per fri
gus nubium exagitantur: tunc scindunt nubem: et ex
tali forti motu fit incensio illarum exaltationum: et

per consequens coruscatio: ideo illi peccant qui dicunt quod fiat in tertia regione aeris: quia fit intra nubes. Et duo sunt motus tonitrui. scz ictus ꝛ fulmē modo ictus ille quandoqꝫ: scindit arbores: ꝛ ille est sonus: ꝛ ille nō scindit sed ictus sed fulmē non: quia est valde subtile: quia generatur ex exalatione subtili ꝛ calido: ꝛ illud fulmen sepe comburit calceum pede illeso: quia quandoqꝫ fulmen ita cito recedit ꝙ pedem non tangit: ꝛ quādoqꝫ comburit pedem: calceo manente illeso: ratio quia calceus est substantia porosa sicut omnis pellis: ideo fulmen transit ꝑ omnes poros calcei ꝛ inuenit pedem resistentem: ideo illum comburit.

¶ Sed de his que dicta sunt in textu quedam dubia moueri pn̄t quorum solutiones ꝛ determinationes vobis cōmitto. Primū est vtrum possibile sit in illo tempore qn̄ vir est in coitu cum muliere: si effectus fulminis ꝑ tempus illius motus fuerit: si semen receptum hora eiectionis posset recipere aliquā nouā impressionē: ꝑ quā disponatur ad aliqd aliud: ꝙꝫ sua natura particularis intendit.

Hic auctor mouet quedam dubia: que non soluit sed remittit ea nobis soluenda: ꝛ primum dubium soluitur sic: ꝛ dicitur ꝙ fulmen in hora eiectionis seminis potest impedire semen a forma quam agens particulare intendit: quia possibile est quod fulmen faciat materiam venenosam: ꝛ sic facit ipsam ineptam ad generationem hominis: ita quod ex illa materia generantur buffones ꝛ alij vermes: ꝛ sic patet solutio primi dubij.

¶ Secundum dubium: vtrum in hora eiectionis seminis id quod influitur a planetis posset prohiberi ab ipso fulmine: ꝛ tetigisse materiā seminis: ex parte patris ꝛ matris.

Hic mouet secundū dubium: ⁊ potest sic solui: quod virtutes planetarum possunt impediri fulmen: ideo quia planete quidā influūt vitam ⁊ esse tale: hoc fulmen destruit. Tunc vltra dubitatur: quare hoc potiꝰ fit in principio electionis seminis ꝙ tempore sequēti? Dicendū quod tempore electionis tunc semē est adhuc tenue ⁊ cito pōt impediri. Secundo dubitatur quia dictum est ꝙ superiora nō possunt impediri: quia semper agunt naturaliter. Dicitur ꝙ bene possunt impediri in illis que sequūtur opera breuia illorum.

¶ Tertium dubium: vtrum per ictum fulminis tāgentem materiam ex vtraqꝫ parte posset influi semini virtus: ꝑ quam procedit ad formam masculi: ita tamē quod materia priꝰ disposita: fuerit ad femelle formam vel dispositionem: ⁊ e conuerso.

Mouet tertium dubiū: ⁊ soluitur sic: si materia esset disposita ad formam femelle: tunc per ictum fulminis in masculum disponi posset: ⁊ e conuerso: quia possibile esset ꝙ per ictum fulminis inferretur aliqua. virtus: per quam semen viri esset vigorosius semine mulieris ⁊ e conuerso: ⁊ ideo contingere hoc posset ⁊ ille solutiones sunt probabiles: ⁊ vult auctor dicendo ꝙ illa dubia sunt multū occulta: ideo in litera nō soluit ea.

¶ Quia fetus in septimo mense vt frequētius bene habet: ita quod motus eius naturalis est: si autem permanserit vsqꝫ ad octauum mensem: tunc naturaliter tendit ad ortum ⁊ incipit laborare ad egressum: ideo septimo mense habet bene: ita ꝙ motus eius naturalis est: ita ꝙ in octauo mense exit libenter: ⁊ subito morietur: quia multum in septi-

mo mēſe laborauit: ⁊ ſic debilitatus eſt. Si vero nono menſe exeat: eſt ſanus: quia requieuit per octauum menſem a laboribus habitis in ſeptimo menſe.

Hic auctor exequitur de exitu fetus in ſpeciali. Nota ꝙ fetus in octauo menſe male ſe habet: hoc probatur extra textum ratione: quia Saturnus tunc dominatur: ⁊ ille eſt contrarius vite animalis: quia eſt frigidus ⁊ ſiccus. Alia ratio patet ex textu. Tamen ſi fetus eſſet valde fortis: ⁊ haberet amplum foramē per quod exiret: ſic poſſet euadere ⁊ ſanus exire: ſed hoc raro contingit. Sed quod in nono menſe ſanus exeat patet: quia nonus menſis correſpondet Ioui: qui eſt calidus ⁊ humidus: ⁊ eſt principium vite.

¶ Ubi ſciendum ꝙ in quibuſdam mulierib⁹ eſt maior dolor ꝙ̄ in aliis: quia in quibuſdam accidit ꝙ fetus quādoque pretendit manum ⁊ quandoque pedem que omnia ſunt nociua tunc obſtetrices fetum diligenter retrudūt: ⁊ ex illo generatur magnus dolor: ita quod plures mulieres niſi fuerint valde fortes debilitantur vſque ad mortem. Accidit quandoque etiam in partu mulieris ꝙ rumpitur vulua vſque ad anum. ita quod illa duo foramina vnum fiunt: ⁊ tunc obſtetrices diſcere vtuntur quedam vnguēto vngentes vuluā ⁊ diligenter retrudunt matricem: quia matrix ſepe leditur ⁊ vulneratur in vulua: ideo bene neceſſarium eſt: vt in partu mulierum habeantur diſcrete mulieres: ⁊ in hoc opere experte. Hoc autem didici a quibuſdam mu

lieribus: quod qñque fetus pretendit caput in exitu tunc bene valet negotium: quia tunc alia membra faciliter sequũtur: ꝛ fit partus leuis.

Hic auctor ponit vnum notabile ꝛ est satis notum ex textu. Sed notandum qd quãdo fetus ꝑponit pedem vel manum non potest bene exire: quia tunc iacet oblique in vno latere ꝛ maxime stimulat: ꝛ tunc mulieres retrudunt ꝛ retrudendo fit maximus dolor Et quando vulua mulieris est arta ꝛ fetus est magnus: tũc oportet fieri rupturam vsq; ad anum: ꝛ istud maxime contingit in mulieribus pinguibus: quia pinguedo earum facit strictum ꝛ arctum meatum.

¶ Sed circa ea que dicta sunt dubitatio oritur omnibus mirabilior. scz vnde veniat puero iacenti in matrice nutrimentum: cum matrix sit vndique clausa. Iuxta qd notandum ꝙ fetus est clausus in matrice mulieris virtute naturali in tali complexione occultata: primo inter omnia nascitur quedam vena vł neruus: que perforat matricem ꝛ a matrice procedit vno tramite vsque ad mamillas: modo quãdo fetus est in vtero: tunc indurantur mamille mulieris: quia tunc substantia menstrui fluit ad mamillas propter clausurã matricis: ꝛ ideo substantia menstruosa fortiori decoctione coquitur vsque ad colorem albedinis: ꝛ appellatur flos mulierum: ꝛ ideo vsque ad colorẽ lactis dealbatur ꝛ illud lac mulieris dicitur: ꝛ sic illud illo modo decoctum mittitur per talem venam ad matricem: ꝛ ex hoc fetus nutritur tanq; de proprio ꝛ natu-

rali nutrimento. Et hec est vena que in exitu fetus ab obstetricibus abscinduntur in vm-bilico: et ideo videtur in puero nouiter nato quod vmbilicus eius sit ligatus cum aliquo ferro ne aliquid exeat de corpore eius: per hanc venam que abscisa est a matrice in vtero mulieris: que vocatur vmbilicus: et pendet in vtero materno cum pendicula ex parte matricis annexa.

Hic auctor mouet vnum dubium. vt patet in textu Nota quod secundum Aristotelem in v. metha. tunc ista vena et vmbilicus debent esse ad nascentia vel connascentia: quia matrix mulieris et vmbilicus pueri coniunguntur mediante illa vena: ita quod cibus transit a mamillis mulieris ad vmbilicum mediante illa vena. Nota quod vmbilicus directe est in medio corporis in homine bene formato: vt mediante ipso cibus equaliter influatur omnibus membris a mamillis mulieris. Et dicitur vmbilicus ab vmbo onis: quod est media pars clipei: et ycos custos quasi custos vmbonis medij in corpore. Item dubium est: quare in mulieribus mamulle sunt supra: et in alijs animalibus infra. Dicendum quod duplex est causa. Prima si mamulle mulierum essent infra: impedirent transitum: ideo natura sagax sic ordinauit. Sed vacca: capra et alia animalia habent quatuor pedes: ideo mamille non impediunt transitum. Secunda causa quia in mulieribus de corde dependet calor: et ille calor extendit se vsque ad mamillas: ideo habent eas in pectore iuxta cor. Sed in brutis maxime dependet calor ab epate: et ideo influitur calor ad mamillas: ideo sunt infra: et ideo sic etiam melius mulgentur et lactantur a fetu. Sed dicis quare viri non habent mamillas? Ratio est: quia viri non patiuntur menstrua et non nutriunt pueros: ideo non est necessarium: sed habent summe paruas sicut mulieres habent testiculos val-

de paruos. Sed dicis: vtrum melius valerent parue mamille q̃ magne. Dicendum est quod mediocres sunt melius valentes: vnde magne non sunt vtiles: quia in ipsis est calor diffusus hinc inde: ꝛ non habēt multum de calore: ꝛ ibi est mala digestio. Etiam parue non valent quia ibi est modicum nutrimentum. Item nota ꝙ fetus in vtero secundum nutrimētum disponitur: ꝛ ideo mulieres impregnate prohibētur vt caueant se a fortissimo potu: sicut forte vinum: q̃a non possunt bene digerere illum potum: ꝛ potus fortis non competit fetui: cum adhuc ipse sit multum tener ꝛ debilis.

¶ Capitulum sextum/de menstruo in natura.

Sicut dicit Aristo. ij. phisi. ꝙ sicut peccatum est in natura: sic etiam in arte. Cuius declaratio ad presens negotium multum valet: ꝛ ad manifestationem nitenti in quātum nunc expedit. Unde sciendum quod monstra siue peccata in natura vocātur illa in diuidua alicuius speciei: que in aliqua parte corporis cursum communem illius speciei excedunt: sicut contingit videri in hominibꝫ habētibus nisi vnum pedem vel tantum vnā manum: ꝛ sic de alijs. Notandum est ꝙ aūt istud miraculum quod phī mōstrum nature appellāt: accidit multis modis aut enī ex diminutione materie: aut ex superabūdancia. Ex diminutione vero cōtingit pluribus modis. Primo modo diminutio attribuitur materie in se: ꝛ tunc cū membra principalia primo puero debent formari ꝛ ordinari: natura

sagax ꝛ ingeniosa facit vt cōpletius potest ꝛ ea que sunt principalia format: ꝛ istis for- matis ꝛ dispositis ad formationem ceterorū membrorum studet: ꝛ ibi ex materia quā ha bet facit quod potest: ꝛ format partem dimi nutam: quando diminutio est in materia: ꝛ ideo contingit error: ꝛ ideo etiam contingit caput aliquando esse maius vel minus quā natura requirat illius īdiuidui particularis sic generari ꝛ loquor de indiuiduo tali sic ge nerato quia si diminutio in materia parti p̄- iacenti formationi non obfuisset: caput sic formatum sub diminutione materie esset pro portionabile nature indiuidui in se ꝛ in omni bus alijs membris: ꝛ illud etiam de alijs prin cipalibus concludi potest: cum istis princi- palibus debetur ordo vt phī naturales: ꝛ me dici attestātur. Alio quidem modo diminu- tio materie attribuitur parte alicui generā- de specialiter.

Hic auctor exequitur intentum suum de modo ge nerandi monstra in natura: ꝛ adducit similitudinem ꝛ vult ꝙ natura assimilatur arti: quia sicut aliquis artifex primo format ꝛ edificat bonum fundamentū tamen postea studet edificare super illud fundamen tum. Sic similiter natura prius membra principalia ꝛ magis necessaria format. scꝫ cor: epar: cerebrum ꝛ testiculos: ꝛ postea minus principalia. scꝫ manus pe des ꝛ brachia: ꝛ sic si defectus est in materia: tunc me lius est esse magis principalia ꝙ̄ minus principalia. Nota quod duplex est natura: quedam intendens: alia producens: modo natura intendens non errat: Quia quod melius est semper intendit: sed producens

quandoq̧ erat: sed hoc est ex parte materie abundantis vel deficientis: ita quod mõstra fiant secundum defectum materie. Et hoc dupliciter: aut secundũ quãtitatem discretam: sic quandoq̧ vnus generatur cum vno pede: vel quattuor digitis in vna manu: Aut secundum quantitatem continuam: sic generatur aliquis nimis magno capite: vel cum nimis magna manu. Si vero per abundantiam fuerit: hoc etiam dupliciter: aut secundum quantitatem discretam: sic quãdoq̧ generantur homines habentes duo capita vel sex digitos in vna manu: ⁊ sic de alijs: aut secundum quantitatem continuam: sic generatur aliquis cum maximo capite: preter cursum cõem illius speciei. Nota quod monstrum dicitur eo quod monstrat se videntibus: quia omnes diligimus videre monstra: ꝓpter admirari: vnde monstra sic sunt intenta a natura ꝑ accidens ⁊ nõ per se: vnde si natura non posset efficere siue producere quinq̧ digitos in manu producit quatuor vel tres: secundum exigentiam illius materie. Sed di. quare tunc fiunt monstra. Ad hoc dicũt phi. quod fiũt ad exornationem ⁊ decorationem vniuersi: nam dicunt sicut diuersi colores in pariete existentes decorant ipsum parietem: sic etiam diuersa monstra ipsum vniuersum exornant mundum. Item mõstra etiam maxime fiunt per influentias celestes quia quandoq̧ regnat specialis constellatio: ⁊ ab illa: diuerse figure: influũtur. vnde expertum est quod generati sunt duo gemelli tam vicini vel ramifici in dorso: habentes distincta capita vel membra ⁊ distinctas manus ⁊ non pedes. ⁊c.

¶ Iuxta quod notandum: q: secundum intẽtionẽ phi. omne mixtũ consurgit ex quatuor elementis: ⁊ ideo qđ est nature igne cadit in suum simile: ⁊ qđ est: de nature tr̃e cadit in suum simile: ⁊ sic de alijs. Ex isto vnus crederet ⁊ opinaretur me velle dicere q̄ elemen

ta formaliter essent in mixtis: hoc enim est contra intentionem phi. primo de generatione vbi vult q solum virtualiter sint in mixtis: modo ex istis possibile est aliquando semen habere proportionem diminutam: ex parte alicuius impedimenti spālis: et si ex parte terre fuerit: contingit diminutionem fieri in ossibus eo q ex terra radicaliter formantur: et sic de aliis. Contingit etiam aliquando diminutio corporis indiuidui gn̄ari cum vno pede aliquando in brachiis: aliquando vnius digiti: et sic de similibus. Si vero ex altera parte inscribilit est tunc possibile est in simili parte generari menstruositatem apparere: vt frequentius contingit in his qui habent octo digitos in manibus: vel in pedibus: vel duo capita: vel aliquod aliud.

Hic auctor declarat dictum suum secundum intentum phi. i. de generatione. Nota quod auctor est istius opini. quod elementa maneant in mixtis virtualiter: ita quod ex elementis corruptis generatur forma mixti in qua reseruantur qualitates elementorū sicut videmus in mellicrato: qui est mel et vinū virtualiter: sed non formaliter. Illud probatur elementa sunt contraria illa aut que sunt contraria in eodem fundari non possunt vt est amens. Aristo. in iiij. phisicorū: et auctoris sex principiorū. scz Gilberti porretani. et Aristo. in postpredicamētis et Petri Hispani: et Boecii in lib. de diuisionibus. Item elemēta sunt corpora distincta non compatientia se in qualibet parte mixti: ideo virtus earum manent.

¶ Est igitur notandum q menstruositas non solum ex parte diminutionis materie ac

cipitur: vel contingit sicut nunc dictum est: sed etiam aliquādo ex malicia matricis: que si fuerit lubrica ⁊ viciosa vel maliciosa: totū semen non retinebit: sed dispergit aliquando anteq̄ totū semen in massam colligitur tunc vi occupatur: matrix clauditur: ⁊ sic modicū seminis recipitur a quo debet formari fetus: ⁊ illud habet speciales modos sub se qui plures sunt: sed de his narrare longum esset: ⁊ ideo hec omittantur. Et quando isti modi cōtingunt: ⁊ tunc diminutie effectiue a matrice procedūt. Quidam vero producent ex parte coitus: sic q̄ ad menstruositatem multum operatur inordinatus coitus ex eo q̄ aliquādo masculus est coitus cum femella: si tunc masculus tempore coitus inordinate iacet cum femella: monstrum facit in natura. Narratur enim de quodam qui lateraliter iacuit super femellam tempore coitus: ⁊ femella generauit puerum in vno latere curuum: ⁊ in pede claudum: ⁊ causa huius ex inordinatione coitus processit.

Hic auctor ostendit alium modum monstrorum siue monstruositatis: vnde matrix quandoq̄ est causa menstruositatis: vt si fuerit lubrica: vnde lubricum dicitur illud quod vix potest retineri: sicut anguilla: vel aliquid aliud tale. Item coitus inordinatus ⁊ vehemens maxime est cauendus propter fetum debite producendum: ne semen puerse recipiatur in matrice: ⁊ nota quod pro tanto coitus stando est irregularis in natura q̄uis rudes non curant: quia semen ita debite recipi non potest sicut debet: ex illo patet quod multa sunt peccata que non solum peccant in lege:

sed etiam in natura: quia natura debite ꝛ regulariter intendit producere.

¶ Aliquando vero peccatum nature contingit ex superabundantia materie que diminutioni opponitur ꝛ illud habet in se multos casus siue speciales modos. Quando enim superabundantia materie est in omni parte eius vel secundum exigentiam nature ꝛ secundum eius formam: ꝛ sic multe tortuositates ꝛ tumores apparēt in membris: ꝛ huius est ratio q: si natura abūdat in parte seminis deputati ad corpus vel ad caput: tunc natura facit illud qđ naturaliter potest. scȝ aliquādo duo capita: aliqñ duos pedes: quorum vnus multum maior est alio: secundum cōem cursum: ꝛ aliquando facit gibbosum in pectore: aliquando in dorso.

Hic auctor ostendit quomodo superabundantia materie fient monstra: vbi valet pro sententia: si semen nimium in abundantia sit infusum: ꝛ quia matrix est clausa: ꝛ quia tunc eius tota materia transmutatur in materiam fetus: ꝛ sic tunc pars ex qua debet fieri caput fetus est nimis abundans: tunc fiunt duo capita vel tria: ꝛ sic de alijs partib9 alijs mēbris deputatȝ

¶ Sed in omnibus istis mirabilior est iste casus ꝛ effectus quem Albertus recitat de vno: cui nata fuerunt duo membra libidinis vnum ex parte viri: aliud ex parte mulieris: ita ꝙ potuit succumbere. idest subiacere: ꝛ incumbere actiue coire. Et causa huius originaliter trahitur ex superabūdantia materie

quia materia fuit principium sufficiens generandi vtrumq3 membrorum: ex superflu autem parte seminis ex qua talia membra solent generari recitat Auicen. ꝛ Alber. vt patebit in textu inferius.

Hic ponit mirabilem euentū de hermofroditis. Et dicit Albertus. de hermofrodita: que vtrumq3 membrum habuit ꝛ potuit agere ꝛ pati: non quodammodo in seipsum: sed respectu alterius: ꝛ hoc peruenit ex eo quod materia fuit tanta ꝙ virile membrum fieri potuit. Et membrum virile semper est superius ꝛ femineum inferius. Sed diceres. quare natura non producit duo membra virilia ꝛ duo feminea? Ratio quia natura de contingentibus facit quod melius ē sed melius est sic ordinari: quia alterum semper sup fiueret si faceret duo virilia: quia quicquid vnum faceret hoc etiam alterum: preterea sepe accidit quod generatur gallina que habet membrum indispositū ad coitum: ita paruum sicut gallus: ꝛ illud prouenit ex defectu materie. Item si contingit ꝙ generatur femella sine apparentia membri mulieris tunc pellicula est supra posita quam oportet remoueri. Nota quod si hermofrodita magis apparet in spetie viri: sic se tenebit in tali spetie. Si autem in specie femelle: tunc iterum se sic tenebit: ꝛ non licet sibi ambo opa exercere: secundum precepta legis: ꝛ sic de alijs.

¶ Et nota secundum Auicen. si semen cadit in latero sinistro matricis: generatur femella: si in dextro: generatur masculus: in medio hermofrodita participans naturam vtriusq3. sc3 masculi ꝛ femelle a viro tāꝫ a digniori recipit speciem secundum naturam: licet due nature ambe fiant in ipso. Recitat enim Alber. ꝙ sicut aliqua talia monstruo-

lia corporalia contingunt: sic etiam spiritua-
lia. Dicit tamen de duabus femellis: quorum
vnus habuit in dextro latere virtutem: vt
vbicunque portabatur a parte illius lateris
aperiebantur omnes fere et clausure. Et ali⁹
habuit virtutem in sinistro: quod vbicunque porta
batur: fuerunt clause que prius fuerant aper
te. Et loquor de aperitione et clausura sera-
rum in ostijs domorum: et clausa huius non
prouenit ex materia: sed ex speciali constella
tione celi: et non solum ex constellatione spe-
ciali: sed etiam ex speciali materie dispositio-
ne ad talem effectum: quia actus actiuorum
sunt in materia bene predisposita: vel in pa-
tiente disposito. vt dicitur. ij. de anima.

Hic auctor ponit vnum notabile satis patet in textu
Nota in latere dextro est maior calor quam in sinistro.
Cor enim iacet in sinistro: et influit calorem in dextrum
Et ideo in dextro generantur masculi gratia caloris
et ideo dextra pars corporis celi fortior et vigorosior
quam sinistra: vnde a dextro fit motus. ij. de celo: vnde
dexter pes est modice maior sinistro: similiter de ma-
nu dextra: et sic de alijs. Alio modo patet quod fiat ge
neratio duorum ramificatorum in dorso: quia quando
que contingit semen quod recipitur in duabus cellulis
matricis: et tunc potest contingere quod pellicula di
uidens cellulas corrumpatur: et tunc contingunt illa
semina se inuicem in dorso: et habent distincta capita
et distinctas animas: et debent baptizari pro duobus
hominibus. Nota quod virtus celestis mirabiliter ope-
ratur et oculte in inferioribus: vnde possibile est de
duobus gemellis quod virtus celestis respicit gemellum
in latere dextro: secundum talem virtutem secundum
quam fluit sibi virtutem aperiendi seras sine contactu

quia ista pars dextri lateris forte alterat aerem: ꝛ il la vltra seram vsqꝫ ad aperitionem. Et qui sic se habent sepe sunt fures: quia seras possunt aperire. Nota quod diuersitatis est hec causa: quia secundum quod virtus celestis inuenit materiam dispositam sic operatur in illam.

¶ Et nullus credat ꝙ que dicta sunt sint ficta: quia simile contingit videri in lapidibꝰ quibusdam: in quos speciales constellatio agens imprimit speciem ꝛ formam hominis interius vel alterius speciei: secundū exigentiam agentis: sicut visum est sepe: quando lapides diuiduntur quod sit ex constellatione speciali. Agit ergo quandoque constellatio specialis ad monstruositatem effectus tam ex parte diminutionis materie: q̄ꝫ ex parte abūdantie. Et non est mirum in gemellis cū etiam in quibusdam alijs accidat vbi est possibile inuenire: ꝛ ꝙ omnes modi speciales qui sunt in monstris pn̄t reduci ad duos modos principales. scꝫ propter inobedientiam materie vel insufficientiam materie: secundum Auicen. in ij. metha. Et per inobedientiam intelligo indispositionem quando materia non est bene disposita tunc non obedit agenti: ꝛ per insufficientiam intelligo diminutionem vel impedimētum ex parte ipsius matricis.

Hic auctor respondet tacite questioni dicens. Diceret ergo aliquis hec sunt ficta que ponuntur hic. Et dicendum quod hoc non credatur. Nota quod mediante virtute celesti in lapidibus multiplex est virtus: vnde Albertꝰ recitat quod in colonia in q̄dā

fenestra

fenestra vidit quendam lapidem habentem spetiem regis: ⁊ tunc debuit nasci magnus rex: vnde in multis lapidibus vultus humanus figuratur: ⁊ per illos lapides fiunt diuerse medicine: vnde si quis sole existente in piscibus insculperet speciem piscis in lapide: ille posset inuocare omnes pisces in aqua ⁊ hoc est tempe determinato: vnde Hali in centiloquio Ptolomei recitat diũsa signa ⁊ miracula de inscriptione seu sculptione lapidum.

¶ Et si aliquis dice. ⁊ argueret sic. Si mõstra possent fieri: sequeretur ꝙ natura posset priuari siue q: semper intendit agere regulariter. Dico secundum Auicẽ. nam quod non est semper possibile ex parte particularis nature omnem materiam ad suum finem amoueri: nec etiam est concedendum ꝙ priuationes suarum actionum habeant fines: ⁊ ideo de egritudine ⁊ morte non est instantia quia hec non sunt intenta a natura particulari: sed a deo qui hanc regit illa appellata est intelligentia: secundum manifestationem philozo. qui digne locuti sunt de natura. Et tantum de his dictum est.

Hic auctor ponit obiectionem seu instantiam: ⁊ soluit in textu. Pro quo nota ꝙ regulariter intendens producere põt impediri per naturam particularem. Et ideo patet ꝙ monstra non sunt intenta a natura: nisi per accidens. Item nota natura particularis non intendit fines priuationum: quia vidit melius esse ꝙ̃ non esse: sed deus ⁊ natura celestis omnia sciunt optime disponere: ⁊ vocatur intelligentia non errãs. vnde ex primo de celo. Omnis mors corruptio egritudo: ⁊ infirmitas sunt preter naturam.

F.

Capitulum septimum de signis conceptionis.

Finito sermone nostro inquantum sufficit de generatione ⁊ formatione fetus ⁊ penes quem modum ⁊ pluribus aliis materie incidentibus. Ut tamen presens doctrina magis complete habeatur: notanda sunt signa conceptionis in muliere: que sunt plura. Primum est ex parte coitus: si enim mulier quando fuerit in coitu cum viro post coitum sentit frigus: ⁊ dolorem in cruribus signum est ꝙ concepit. Secundum signum: si mulier paucum semen emittit vel nullum: signum est quod concepit.

Hic auctor determinat de signis conceptionis. Ratio primi signi est: quia quando mulier concipit tunc calor naturalis: concurrit ab ista pro formatione fetus: ideo relinquit frigus in membris: ⁊ hoc videmꝰ in simili: quia quando homo comedit post hoc patitur frigus: quia calor naturalis transit ad stomachū alterando cibum: ideo non est studendum post prandium: sed prius modicum labora vt calefias: sic digestione confortata studeas quia tempore studii spiritꝰ vitales concurrunt ad cerebrum ipsum iuuando. Illud enim patet in febricitantibus qui habent in stomacho humores grossos: quos naturalis intendit digerere calor: ⁊ vadit ad stomachum ideo patiuntur frigus febricitantes ⁊ calore recedente a stomacho patiuntur magnum calorem: istius secundi signi doctor assignat rationem quia matrix clauditur ⁊ non permittit semen transire ⁊ recedere. Nota ꝙ iuuenes mulieres que maxime delectantur in coitu possunt emittere ⁊ concipere; sed hoc non est de senio

ribus. Item tempore coitus conceptionis natura retinet semen ab intra vt non egrediatur: et hoc propter fetum.

¶ Aliud signum: si vir existens in coitu sentiat virgam suam attrahi: et fugi quedam clausura ex parte vulue mulieris.

Ratio istius signi est: quia quando mulier concipit: tunc vulua sugit quasi virgam virilem: et propter delectationem matrix comprimitur: et quasi claudit virgam virilem.

¶ Aliud signum: si mulier post coitum appetit continue coitum hoc est verum in quibusdam: quia quedam mulieres sunt que magis concupiscunt quando concipiunt: vt visum est in vna questione.

Circa quintum nota: quod post impregnationem menstrua instigant ad coitum: et maxime delectationis memoria quam prius habuerunt in coitu.

¶ Aliud signum est: si menstrua non currunt post coitum secundum modum solitum: et sit titillatio in ore matricis: signum est quod mulier concepit.

Ratio istius signi est: quia quando mulier concepit tunc menstrua conuertuntur in nutrimentum fetus scilicet in lac et fit titulatio in ore matricis propter calorem: et tunc dolor in cruribus: quia spiritus sunt clausi in matrice: qui transeunt ad crura et vegetant crura.

¶ Item aliud signum si color faciei vltra modum solitus est mutatus: vnde libenter solent esse rubee post conceptionem ratione caloris Item si aliena cibaria concupiscunt: nunc ter

ram: nunc carbones: nunc poma: nunc mora seu cerasa: signum est conceptionis.

Causa huius signi est: quia post conceptionem multi humores grossi indigesti ascendunt cerebrum: et illi mouent appetitum aliquorum similium: et quia si sint calidi humores: tunc appetunt carbones: si sint valde frigidi et humidi illi humores: tunc appetunt pira aut poma non matura et similia: quia omne simile applaudit suo simili.

Capitulum octauum / de signis an vir vel femina sit in vtero.

Nunc vidēda sunt signa vtrum masculus vel femella sit in vtero. Et hec sūt vera signa que sequuntur: tempore conceptionis masculi color faciei est rubeus: et leuis motus.

Hic auctor ponit sex signa in numero: vtrum masculus in vtero sit conceptus vel femella. Ratio illius primi signi est: quia color rubeus est signum magni caloris: et si est calor magnus in matrice: tunc virtus est sufficiens ad masculum: et tunc mulier leuiter mouetur: quia calor est principium motus.

Aliud signum si venter tumescit in dextra parte et rotundatur: signum est masculi.

Ratio illius secūdi signi est: quia in dextra parte iacet masculus tanq̄ in parte fortiori et calidiori: et tūc venter rotundatur: quia extenditur et ampliatur.

Aliud si lac fluens de mamillis est spissum et bene digestum: ita q̄ si ponatur super ali-

quod corpus bene tersum non diuidatur: sed partes constabunt ⁊ non fluent: signum est masculi.

Causa huius signi est: quia illud lac calor indurauit ⁊ cōpressit inspissando: vnde calor habet multa opera: facit enim rem duriorem ⁊ subtiliorem: ⁊ corrumpit humidum ⁊ inducit siccum: experiamini hoc de ouo assato.

¶ Aliud si tale lac mulieris impregnate vel gutta sanguinis ipsius a dextro latere extractum ponatur ad fontem clarum: vel ad vrinam eius: si petit fundum directe: hoc est perpendiculariter signum est masculi. Si vero supernatauerit: signum femelle erit. Similiter si dextram mamillam habet grossiorem signum est masculi. Si vero sinistram: signum est femelle.

Causa huius quarti est: si petit fundum directe: hoc est signum ꝙ bene est induratum ⁊ inspissatum a calore naturali: vnde perpēdicularꝫ est linea latamorū recta cum qua perpendunt ⁊ considerant longitudinem rei: ⁊ constituūt duos angulos rectos super basim super quam cadunt.

¶ Item sal positum supra caput mamillarum non liquescens: signum est masculi.

Causa huius quarti signi est: quia si mamille sunt calide: tunc ille calor facit constare sal: vnde sal gratia caloris constat in partibus: vnde sal generatur: ex aqua grossa: ⁊ multū bulita ita quod specialis aqua est ad sal: vnde calor ignis extrahit de aqua subtiliores partes: ⁊ illas partes facit exalare: ⁊ tunc ibi remanēt partes terrestres humidiores ⁊ grossiores ⁊

ille per calorem constant: ꝛ huius signum est quod tempore pluuiali sal liquescit in scutella: vnde iiij. methe. dicitur. Si sal debet resolui in materiam ꝛ formam primam resoluitur in aquam ꝛ sic dissoluitur. Ideo si sal ponitur ad ignem incipit corrumpi ꝛ salire: qꜫ contrarium inuenit.

Malg. dextri pede

¶ Aliud signum: si mulier prius mouet pedē dextrum: signum est masculi. Et contrario autem modo se habet si femella est concepta: tūc mulier est grauis ꝛ pallida ꝛ venter est oblongus ꝛ in sinistra rotundus: ꝛ mamilla in sinistra parte nigrescit: ꝛ lac eius nigrū erit in digestum liuidū ꝛ aqueum. Et fusum supra corpus positum diuiditur pars eius aperte. Et positum supra fontem vel vrinam natat: ꝛ sic de alijs. Item si dolor est in sinistra parte: semper est femella. Si vero in dextra: masculus est. Item aliud experimentum quod scio esse verum ꝛ expertum: si aliquis scire velit vtrum mulier sit impregnata vel non: det ei bibere mellicratum: si tunc senserit punctiones circa vmbilicum tunc concepit si autem non senserit minime concepit. Mellicratū autem vocatur potio que fit ex aquā ꝛ melle: ꝛ fit per hunc modum: quia accipi debēt duo coclearia de aqua ꝛ vnum de melle tali proportione: ꝛ misceantur insimul ꝛ detur mulieri ad potandum in introitu lecti vel statim post: ꝛ forte mulieres astute dicerent oppositum: ꝛ ergo quando aliquis vult experiri non debet dicere de impregnatione: ꝛ si ipsa conqueritur dolorem capitis:

Pallida femella

Dolor

Mellicratum ... potio ex aqua et melle ... Hippocrat.

vel alterius partis: vt sepe solent facere: et sic homo debet semper dicere: illud valet contra talem dolorem: et debet sibi illum potum dare et tunc demane debet dicere: nonne doluisti in aliqua parte: et si circa vmbilicum dicunt esse iudicium conceptionis in isto iudicatur: si vero non: tunc non concepit. Sed quedam mulieres sunt ita astute: et considerantes sophisma illud: nolũt dicere veritatem: sed alio modo semper dicunt q̃ se habeat in veritate.

Hic auctor ponit bonum signum simplicis conceptionis et experientiam veram que patet in textu: vnde nota quod ratio istius experimenti est: quia mel obstruit neruos et venas: et ex isto generat dolor circa vmbilicum. Item illud dulce est insanum quia omnis pinguedo dulcis est mala et piscium est pessima: propter viscuositates: vnde dulce supernatat in stomacho: sed quia tunc calor stomachi: propter fetum est debilis: ideo sumpto mellicrato mulier dolet circa vmbilicum.

¶ Capitulum nonum/de signis corruptionis virginitatis.

Post hec notãda sunt signa corruptionis castitatis. Iuxta quod notandũ ꝙ aliquando virgines grauiter corrumpuntur: ita ꝙ earum vulua multum ampliatur (quia membrum virile est nimis magnum et ineptum) sic ꝙ mulier tam amplam acquirit vuluam: ita ꝙ vir sine dolore sui membri coit et tunc prius est corrupta. Et hec est causa

quare iuuenes mulieres cum primo corrum-
pūtur dolent pro tempore in vulua: quia am-
pliata est: & ad coitum disposita. Alia autem
est causa coadiuuans quia est quedam pelli-
cula in vulua & vesica que corrumpitur. Et
quanto plus coeunt tanto per in tali ludo
fortificantur.

Hic autor prosequitur de signis corrupte castitatis
Et satis patet in textu. Sed extra textum aliud sig-
num: quia vulua virginis semper est clausa: sed mu-
lieris semper aperta stat: ideo virgo altius mingit q̄
mulier. Nota si vis experiri vtrum virgo sit corrupta
puluerisa fortiter flores lilij crocei que sunt inter flo-
res: & da ei comedere de illo puluere: si est corrupta
statim mingit. Item fac eam mingere super quendā
herbam que dicitur malua vel papel de mane: si fit
sicca tunc est corrupta: si autem virgo est manet viri
dis & non est corrupta: vel accipe fructum lactuce &
pone ante nares eius: si tūc ē corrupta statī mingit.

¶ Capitulum decimum de signis castitatis.

SIgna castitatis sunt hec: pudor: vere-
cundia: timor: cum casto incessu: & lo-
quela: cum despectu applicant se viris & vi-
rorum actibus: sed quedam ita astute inue-
niuntur: q̄ omnibus istis obuiare sciunt: &
tunc homo debet se conuertere ad vrinam:
quia vrina virginum est clara & lucida: quā-
doq̄ alba quandoque glauca. Si vero fuerit
aurei coloris clara & ponderosa continet ani-
mi coeundi signum. idest appetitum: & hoc ē

verum in non corruptis. Corrupte enim mulieres habent vrinam turbidam per fracturam pellicule precedentem ꝛ sperma viri apparet in fundo vrine talis mulieris: sed in menstruosis vrina est sanguinea: in tali mense q̄n patitur habet oculos aqueos: ꝛ est alterius coloris in facie ꝛ abominationem patitur in cibo. Et ideo sibi quisq; caueat ne coeat tunc cum eis: quia nociuum est: vnde prudētes mulieres sciunt tunc precustodire: ꝛ separantur a viris ꝑ tempus fluxus menstruorum.

Hic auctor exequitur de signis castitatis. Nota ꝙ vrina virginum est clara: quia ipse sunt calide: ꝛ bene digerunt. ꝛ ideo vrina que transit ꝑ loca digestionis sumit ibi calorem: vnde coloratur in renibus. Sed debet capi vrina post somnum primum quia tunc facta est digestio: ꝛ debet videre ꝙ vrina per accidens nō sit variata. sc3 morbo ꝛ nutrimento grosso. Nota ꝙ vrine sunt tres regiones. sc3 superior: vbi considerāt membra superiora. sc3 cerebrum caput. Secunda in medio: vbi considerantur: membra media. sc3 renes ꝛ cor. Sed tertia est inferiori: vbi considerantur testiculi lumbi ꝛ matrix: ideo dicit litera: sperma semper apparet in fundo propter suam grauitatem. Nota ꝙ quando mulier est menstruosa: tunc humores ascēdunt ad oculos: quia oculus est pars porosa corporis: ꝛ cito passibilis: ꝛ tunc mulier pallet in fatie: ꝛ ipsa patitur abominationem cibi: quia non cupit ꝓpter infectionem cerebri ꝛ olfactionem. Et tunc est nociuum cum eis coire: quia illi pueri qui tunc concipiuntur: inclinantur ad morbum caducum ꝛ ad lepram: quia talis materia est valde venenosa.

¶ Est autem notādum ꝙ mulieres antique in quibus menstrua fluunt: ꝛ quedam in qui

bus menstrua sunt retenta: si inspiciunt pueros in cunis iacentes intoxicāt oculos eorū visu: vt dicit Albertus in suo libro de menstruo mulierum. Causa huius in mulieribus apparet quibus menstrua fluunt quia ipse fluxus seu humores qui mouentur per totū corpus primo inficiunt oculos: ꝛ oculis infectis aer inficitur: ꝛ tunc aer ille inficit puerum: ꝛ illud est de intentione phī .j. de somno ꝛ vigil. Causa autem: quare antique mulieres quibus non fluūt menstrua inficiūt pueros. Quia retentio menstruorum facit abūdantiam malorum humorū ꝛ quia mulieres antique sunt deficientes in calore naturali: maturante ꝛ digerēte talem materiam ꝛ precipue si fuerit pauper: sic quod nutriatur a cibo ꝛ nutrimento grosso quod operatur ad talem materiam infectam. Et ille mulieres plus inficiunt: quia menstruum hic cedit ad purgationem nature ipsarum.

Hic auctor ponit quoddam notabile: ꝛ patet manifeste in textu. Nota ꝙ humores mali exeunt per oculos potius ꝙꝫ per aliud membrum: quia oculus est aqueus: ex ij. de anima: quod patet si comprimitur lachrimatur: ꝛ ideo mulieres multū lachrimantur: q̇a habent multum de humido: quod petit exitum. Et quando oculus est sic infectus: tunc inficit aerem tāgentem oculum: ꝛ ille vltra inficit aerem propinquū. ille aer iterum alium aerem vsqꝫ peruenit ad obiectū: ꝛ ibi fit reuerberatio mali humoris ꝛ ibi primo operatur: quia omnis actus fit cū resistentia aliqua: quia illa infectio fit circulariter: quia si non tunc solam mulier inficeretur secundum vnam differentiam

loci passionis et non secundum omnem. Nam pueri sunt debiles et tenere nature: ideo pueri faciliter intoxicantur. Toxicum est venenum quod fit de toxo de tali arbore amarissima ex cuius succo gustato aues moriuntur. Nota quod oculus mulieris vaticinantis: proiecit camelum in foueam: ita quod illa pessima mulier tantum cogitauit de malis: quod quidam humores mali generabantur in spiritibus eius: et illi exiuerant per oculum: et illos volens camelus effugere cecidit in foueam Et illo modo basiliscus inficit videntem ipsum: quia venenum emittit: et si poneretur speculum ad quod reuerberarentur humores ad locum basilisci tunc ipsemet moreretur vel interficeretur. Nota quod si aliquis quereret: si mulieres sunt venenose: quare non intoxicant se ipsas. Dicendum quod venenum non agit in se: sed in aliud cui obicitur: cum ergo mulieres sunt naturaliter intoxicate: ergo non intoxicant seipsas. Alia causa est: quia sunt consuete. Unde auerrois in prologo. iij. phisi. quedam erant consuete comedere venenum: ita quod eorum erat cibus.

¶ Capitulum vndecimum de defectu matricis.

Et quia dictum est de menstruo: igitur ad menstruorum locum procedamus. idest matricem: et videamus quot accidentia sunt circa ipsam matricem. Matrix enim mulieris sepe patitur suffocationem. Suffocatio enim apud medicos vocatur compressio spirituum vitalium ex vicio matricis egressa: et per hoc expellitur anhelitus in muliere: et illud euenit quando matrix de proprio loco tollitur tunc ex frigiditate cordis superueniente: tales mulieres quandoque patiuntur sinco

pim. idest cordis debilitatem: aliquando vero ali-
que vertiginem in capite patiuntur. Galie-
nus enim magnus in medicina narrat de quo-
dam muliere suffocationem matricis patien-
te: quia illa causa tantum paciebatur quod non potuit
loqui: et cecidit quasi mortua esset quia nullum
signum vite habuit: et vocati sunt medici plu
res: qui videntes ipsam et causam ignorantes
dixerunt eam veraciter esse mortuam. Galie-
nus autem superueniens: causam considera-
uit: et mulierem a passione illa liberauit. Hec
enim egritudo contingit in mulieribus ex eo
quod abundat in eis menstruum corruptum et
venenosum: et ideo bonum est quod tales mu
lieres quecumque fuerint: siue iuuenes siue
antique sepe viris vtantur: vt materia talis
expellatur: et expedit in iuuenibus: quia in eis
abundat humidum et hec est causa quare iu-
uenes mulieres quando incipiunt coire: multum
inpinguantur antequam concipiant et curam de pue
ris minime habent: quia cura vt dicit philosophus
in secretis secretorum facit multum senesce-
re: quod non videtur in illis. Ille enim iuue-
nes mulieres quando multum abundant in tali ma
teria: multum appetunt coitum propter ma
terie abundantiam: ideo peccatum est in na-
tura illas retrahere et coitum prohibere ad
illum quem diligit: quamuis sit peccatum in mori-
bus: de quo nihil ad propositum. Audiui in
confessione societatis: ab vno inquirere cau
sam a me quare hoc esset quando ipse dormiret cum

sua dilecta iuuencula' ꝙ tūc ipse coitu finito
inueniret ventrem suū vsque ad vmbilicum
cum sanguine perfusum ⁊ timuit multum: ⁊
causam ignorauit: ⁊ non fuit ausus se retra
here a iuuencula propter amorem magnum
inter eos: ⁊ ideo qn̄que fluxus menstrui pro-
dest mulieri: ⁊ quandoque nocet: secundum
ꝙ materia magis vel minus abundat: ⁊ ille
fluxus non fuit menstruorum sed seminis in
coitu propter abundantiam materie.

Hic auctor exequitur de impedimentis conceptio-
nis. Nota quod suffocatio matricis prouenit ex eo
quod matrix totaliter aduersus est cor: ⁊ tūc magna
frigiditas extendit se ad cor: sic quod cor patitur sin
copim. Et dicitur a sin qđ est cō: ⁊ copos incisio qua
si cum incisione siue debilitate cordis: ⁊ alio nomi-
ne dicit͛ extasis: ⁊ illa passio maxime accidit viduis:
que prius habuerunt viros: ⁊ iam non habent vnde
menstrua earum corrumpuntur in matrice: ⁊ generā
tur grossi humores qui in corde generant debilita-
tes: ⁊ ideo ipsis multum valet coitus.

¶ Capitulum duodecimum de im-pedimentis conceptionis.

Nunc autem de impedimentis conce-
ptionis aliqua tangamus: impedimē
ta conceptionis plura sunt: quia impedimen
tum qn̄qꝫ contingit ex nimia humiditate ma
tricis: qn̄que ex frigiditate: qn̄que ex siccita
te: qn̄que ꝓpter nimiam pinguedinē corpis
quia pinguedo circumuoluta orificio matri

cis constringit ipsam: ⁊ non permitit semen viri intrare: vnde cognitio huius est de muliere cuius renes sunt sepulti ⁊ occulti in pinguedine ex omni parte. Ille enim mulieres si in coitu semen recipiunt: non potest intrare matricem: ⁊ sic eijciunt ipsum cum electione vrine: ⁊ ideo breuiter si post coitum vrina talis mulieris videatur manifestum erit si semen viri in matrice eius sit collectum vel non: si sic: tunc vrina eius est inmunda: propter cōmixtionem viri. Si vero: tunc iterum apparebit: ⁊ qn̄que apparebit: ꝙ vrina non totaliter eiecit illud semen: quia si sunt calide tunc sua caliditate exalant. Sunt etiam quedam mulieres: que ita teneras ⁊ lubricas habent matrices ꝙ semen intus non potest retineri. Ex multis alijs causis illud de quibꝫ ad presens nulla fit mentio.

Hic auctor ponit quedam notabilia: vt patet in textu. Nota quod si semen viri ⁊ mulieris non sunt proportionata in qualitatibus. i. in calido ⁊ humido: tūc talis conceptio impedit principaliter: quia agēs ⁊ patiens debent esse proportionata: ex ij. de anima sub certa armonia. idest sub certa ⁊ determinata cōbinatione: vnde quodlibet non agit in quodlibet: vel q̄libet non fit ex quolibet. i. de generatione:

¶ Est etiam notandum ꝙ sepe conceptio ex parte viri impeditur: ita ꝙ semen eius quod emittit est nimis tenue sicut aqua: ita ꝙ si matrici infunditur: tunc liquiditate sua elabitur: ⁊ quandoque accidit ex frigiditate te

ticulorum vel siccitate: ⁊ illud semen secun-
dum doctrinam medicine ad generationem ē
inconueniens. Sed dubium est cuius sit cau-
sa: an ex defectu viri vel mulieris. Iuxta qđ
notandum ꝙ isto modo scitur: an ex parte vi-
ri vel mulieris sit defectus: accipiantur due
olle ⁊ in vtrasq₃ vrina mittatur: viri in vnā
ollam: ⁊ mulieres in aliā: ⁊ ponatur in vtra-
que furfur tritici: ⁊ alia experimentator di-
ligenter obstruat ollas per nouem dies vel
parum amplius: ⁊ si contingit ex vicio viri
defectus: tunc inueniat quosdam vermes in
olla viri: ⁊ cacabus debet supra poni: ⁊ inue-
nitur rana fetida vel cantabra fetida. Si ve-
ro ex vitio mulieris inuenitur in olla sua mē-
struum. Si ex vtriusque vitio: in vtraq₃ olla
aliquid predictorum inuenietur.

Hic auctor ponit vnū notabile. vt patet in textu. No-
ta quod si vis bene examinare accipias aliud de sp-
mare viri ⁊ ponas in aquam: ⁊ si tendit in fundum: si-
gnum est quod semen viri non est in defectu conce-
ptionis: glosa quia est bene digestum ⁊ spissum: ideo
petit fundum. Nota quod mulieres que sepe coeūt
propter delectationem: ille generant fetus debiles
debent ergo abstinere a coitu: tunc generabūtur for-
tes pueros ⁊ homines: quia semen est satis forte: ⁊
vnus frater potest cōuenienter esse fortior aliis. Un-
de nota causam experimenti: quia si semen viri est ni-
mis tenue: tunc cito cōuertitur in vermes: ⁊ non ha-
bet virtutem resistentem actioni corporis celestis:
vnde ista humiditas que in fundo non est densa ⁊ be-
ne indurata cito alteratur. Nota quod si mulier
biberet saluiam coctam per tres dies: tunc non con-

cipiet in vno anno: glosa: quia saluia est frigida. Ite comedat apem ꝛ nunq̄ȝ concipiet: ꝛ ergo ex illis cō-cludo quod mulieres sepe coeunt: similiter viri propter magnam delectationem quam habēt adinuicē quia vulua in se continet magnam dulcedinem viro: sed tamen de illis non multum dico ad presens.

¶ Si quis igitur velit mulierē iuuare vt impregnetur: ꝛ masculum concipiat: accipiat matricem leporis ꝛ intestina eiusdem ꝛ faciat desiccari: ꝛ in puluerem redigat: ꝛ illud mulier bibat temperatum cum vino: ꝛ similiter faciat cum testiculo leporis: ꝛ hoc in fine menstruorum: ꝛ cum viro suo coeat ꝛ concipiet masculum. Item accipiat mulier succinctam ꝛ stringat in lacte asine lanam caprinam: ꝛ liget super vmbilicum eius donec coeat cum viro suo: ꝛ concipiet. Et hoc dico remotis intercissis causis vel impedimētis aliis: quibus per ignorantiam hominis effectus ille sepius ꝓhibetur. Et si querat aliq̄s que sunt illa impedimenta: inspiciet diligenter omnia que vsque ad illum locū dicta sunt Item accipiat epar parui porci ꝛ testiculos ꝛ desiccet: ꝛ etiam redigat in puluerem ꝛ det in potu masculo ꝛ mulieri: ꝛ masculus si priꝰ impotens fuit ad generandum generabit: ꝛ mulier que non potuit concipere concipiet.

Capitulum aliud quomodo mulier debet iuuari vt concipiat: ꝛ maxime vt concipiat masculum. Nota q̄d matrix leporis ꝛ intestina desiccantur ꝛ pulueri-santur fiunt multum calida: similiter epar porci in se

est ca

est calidum: ⁊ sic generabunt calorem sufficientē ad conceptionē. Nota quod illud debet fieri in fine mē struorum quia tūc matrix est sicca ⁊ quodāmodo calidior per recessum membrorū frigidorū. Item sunt alia experimenta: mulier accipiat camphorā herbā puluerisatam bibendo cū vino ⁊ concipiet. Item vrina viri bibita īpedit cōceptionē. Itē si accipiet vuluam leporis ⁊ pulueriset cū melle liquido ⁊ accipiat cor thauri ⁊ illa pariter accipiat ebulitionē: ⁊ sic mulier accipiat in vna septimana: ita quod vno tempore plus ꝙ in alio accipiat: ⁊ cōcipiet. Item mulier debet vti calidis ⁊ bonis cibarijs: ⁊ debet quodāmodo inebriari: ⁊ bene fricari: ⁊ debet cauere ne crura eleuata semen impediant: ita ꝙ debet se cito labori applicare ad retinendū: ⁊ statim postea dormiat: ⁊ sine dubio concipiet.

☞ Est etiam documētum obseruandū. scʒ quando scit aliquis mulierē cōcepisse: quod nō nominet in presentia mulieris aliquid esse de varijs cibarijs: ad quod appetitus mulieris possit inclinari: nisi ei possit libitū prosequi: quia si mulier tale postularet quod nullo modo posset haberi: haberet occasionē abhorrendi propter contrariam dispositionem appetitus: fetus enim cōceptus debilis redditur ⁊ extinguitur. Ideo consultū est: quādo mulieres petunt carbones vel aliquod consimile: quod eis ministret. Uidi enim de quadā muliere: que cum impregnata fuisset: petiūt poma recentia: que cum habere nō potuit cecidit ad lectū: ⁊ infra diem ⁊ noctē nihil gustauit: neqʒ panem neqʒ potū: ⁊ fuerūt circa eā iuuenes mulieres ⁊ ancille: que pri⁹

non conceperant: quibus illa fuerunt occultata: ꝛ quando impregnata pecijt poma recētia. ꝛ ancille astantes dixerunt: nō inueniūtur: loquētes inter se: ꝙ venenosum esset dare mulieri poma: quia viderant in febricitantibus cōsimile: ꝛ in pte illa decepte sunt: tūc aūt illa impregnata multū fuit debilitata: in tantū ꝙ fetus anteꝙ̄ ad debitū tempus peruenit mortuus exiuit: in cuius egressu illa laborauit tribus diebus ꝛ noctibꝰ: ꝛ ante egressum mulier emisit sanguinem per nares duobus diebus ꝛ vna nocte: ille vero sanguis fuit menstruosus: ꝛ signum corruptionis fetus fuit illud: iuxta illud Hipo. mēstruis fluentibus īpossibile est fetū esse sanū. Ideo vt omnia illa pīcula euitentur apud omnes impregnantes: bonū est ꝙ mulier in custodia habeatur: ꝛ modice moueatur: ꝛ vt ei cibaria mollia ꝛ leuia ministrētur: ꝛ omnia iuxta ad petitum prosequantur.

Hic auctor in toto illo textu recitato: ponit duo documenta ꝛ satis manifesta patent ex textu.

☞ Sed anteꝙ̄ nostrū sermonē ad alia conuertamus. Notandū est vnū notabile signū quod fit ad cognitionē masculi in vtero matris existentis: ꝛ est illud. Accipiat aquā mūdā de fonte claro ꝛ puro: ꝛ ꝓcuret sibi vnā guttā sanguinis vel lactis de dextro latere mulieris: ꝛ infundat guttā illā aque: si tunc gutta petit fundū: signū est masculi: si vero

super

supernatauerit: signum est femelle. Itē si de-
xtra mamilla fuit maior sinistra: impregnata
est masculo: si vero sinistra maior fuerit: fe-
mellam portat.

Hic auctor ponit secundū documentum. Et nota q̄
quando mulier concepit tūc debilitatur: et variatur
gratia fetus concepti in ipsa: et ideo quicquid cupit
sibi detur: et si non: tunc euenit dolor: eo q̄ appetitus
non procedit quia volūtas delectatur in prosequen-
do q̄ diligit: vnde nihil appetit nisi fuerit animatum
ex iij de anima. et per cōmēta. iij: ethico: patet q̄a vo-
luntas est appetitus intellectus: et semp̄ est boni sim-
plicit̄ vel apparet: vnde omnia bonū appetunt: vt pa
tet per diffinitionē boni q̄ dat Aristot: in principio
primi ethi. dicēs. Bonū est q̄ omnia appetunt. Nota
q̄ post conceptionē quando menstruū fluit: hoc est si
gnum destructionis fetus: quia fetus debet nutriri
de menstruo fluente: sed si modicū fluit: hoc fit ad pur
gationē nature ne fetus suffocetur: hoc est cōmodū

Capitulum vltimum de natura spermatis et digestione.

Anteq̄ vero finem dictis imponamus (vt nostra docet doctrina) subtiliter et magis cōplete habeatur: cū de materia mē struorū aliqualiter dictū est: transeundū est ad materiā spermat' in viro. Sperma vero (vt supra dictum est) nihil aliud est q̄ super fluū alimenti quod in substantiā rei alende nō cedit. Iuxta q̄ notandū: q̄ medici ponūt quatuor in homine digestiones: et dicunt q̄ talis ē modus nutricionis q̄ p̄mo cibus ma- sticat': in ore dirigitur ab ore ad ipsum sto- machum

machū: ⁊ ibi fit digestio prima: ⁊ ibi separatur purū terrestre ab impuro terrestri: ⁊ illud impurū dirigitur ad viscera: ⁊ vlterius emittitur per secessum. Sed purū hoc vlterius dirigitur ad epar: ⁊ ibi fit ij. digestio: ⁊ tūc ibi iterū separat͛ purū aquaticū ab īpuro aquatico. Impurū aquaticū dirigitur ad vesicam: ⁊ vlterius per micturā emittitur: sed purū dirigitur ad cor: ⁊ ibi fit tertia digestio: ⁊ separatur purū ab impuro. Impurū dirigit͛ ad vasa seminalia: ⁊ ex illo fit sperma in viro ⁊ in muliere menstruū: sed purū est sanguis: ⁊ illud dirigit͛ a corde p magnas venas: que dicūtur capilares: p quas venas dirigitur sanguis ad singula membra: ⁊ in illis membris fit vltima digestio: ⁊ iterū separatur purū ab impuro: ⁊ impurū emittit͛ p sudores ⁊ per vngues ⁊ consimilia. Hoc aūt purū cōuertit͛ ⁊ cōgelat͛ in substantiā aliti ita q̄ tales pori q̄ sunt euacuati p calorē naturalē ibi e cōuerso repleātur: ⁊ si plus venerit q̄3 est deperditū tunc est augmētatio: sed ad hoc requirūtur quatuor. Primo materia sufficiens est panis ⁊ consimilia. Secūdo potus recipiens illam quartā digestionē. Tertio natura distribuēs. Quarto calor naturalis cōuertēs alimentū in alitū.

Hic auctor exequitur de vltimo motiuo libri: ⁊ ostēdit modū generationis spermatis. Nota q̄ hō est optime digestionis ⁊ subtilioris: quia est magni caloris: pp̄ter multos labores digerit: ⁊ cōsumit humidū: q̄a

calor ag

calor agit i humidũ sicut in subiectũ: ꝛ calor facit ex halare humidũ radicale: ideo oportet esse restaura- ramentũ caloris ne consumat humidũ radicale: ꝛ sic mors sequeretur: qa cõsumpto humido radicali in ip so cõsistit vita: nulle ꝓsunt medicie. Sed tñ notandũ ꝙ vnũ indiuiduũ ꝑ aliquã medicinã potest viuere ꝑ annũ vel amplius sine nutrimẽto: sicut exptũ est: sed hoc non põt fieri cursu cõmuni. Nota ꝙ masticatio est quedã cõtritio cibi facta ꝑ dẽtes: ꝛ sic natura ordi nauit in anteriori part dentes acutos: vt bene diui- dant cibum: sed in fine latos ordinauit ꝓpter mastĩ catione: ver. Sũt hoĩs dẽtes trigita duo comedẽtes

¶ Quomodo calor agat in ipsum humidũ

De his que dicta sunt cõsurgit dubitatio q̃dã. Utrũ calor agat in ipsum humidũ cõsumẽdo sicut opatio caloris in eo ꝗꝫ calor naturalis. Pro quo sciendũ ꝙ secundũ Aristo iiij. metha. c. de opatione: ꝙ triplex ẽ operatio ex parte caloris accipitur in ca. de opatio ne qualitatũ actiuorũ. Prima opatio caloris inquã tũ calor habet dissoluere ꝛ exalare ꝛ cõgregare omo genea ꝛ disgregare etherogenea. Secundũ patet. qa si accipitur vna massa de auro ꝛ argẽto: ponat̃ in ig- nem calor facit fluere aurũ ab argento: ꝛ e cõuerso: si sic locutꝰ est philo. ij. de generatiõe: vbi dicit quod calor determĩatus agit tanꝗꝫ organũ scꝫ. securis vel bipennis: qa sꝑ dissoluit cõiuncta: sed calor in eo q̃d naturalis calor habet i ꝟtutẽ formatiuã vniuscuiꝰ ꝗꝫ rei vel nature cuiꝰ calor dr̃ esse nãlis: ꝛ sic i eo est vir tus celi vel virtus corporũ celestiũ: ꝛ vis seminꝫ cõple xionis vel forme illiꝰ nature quã format: sicut cõtin git videre in calore seminis plãte ꝛ animalis: vbi est vis que vocatur forma plante ꝛ animalis: vbi est vis que vocat̃ forma plante. Et eodẽ modo credo quod sit in naturalibꝰ. quantũ calor naturalis habet diger rere humidũ vt proportionet̃: sibi subiectũ secundũ exigentiã cuiuslibet speciei. Sic ergo educit humi- dũ ipsum cõsumendo: nõ inquantũ calor: sed inquan tum calor naturalis q̃ in digestionẽ accipitur: qa in digestiõe accipitur illud humidũ: vt illa digestio ter-

minatur ad speciē eius cui⁹ est humidū: sicut ad speciem partis plante vel animalis vel mineralis: ꝛ hoc nullo modo iaceret inquantū est calor: sed potius resolueret totum humidū: ita ꝙ in siceū terminaret: Illis visis ꝛ intellectis: breuiter ad propositū redeam⁹ ꝛ dicamus quod sperma nihil aliud est ꝙ̄ supfluū alimēti: quod in substantiā rei alende non cedit. Et sic ex his que dicta sunt: manifeste apparet que sit diffinitio spermatis: secūdū illa que aliqualiter prius fuerunt ignota. Cum ergo tantū digeritur in vtero precipue iuxta tertiam digestionem: quia tunc non totum cedit ad deperditum: sed per restauratione mittitur vel mutatur in cruorem sanguinis subtilis: ꝛ datur ad vasa seminalia: vbi virtute testiculorum illud etiam dealbatur ꝛ fermentatur: ideo sperma viri est albi coloris: propter vltimam decoctionem quam habet ex parte testiculorum: Illud idem sperma amplius emissum a viro nimium desiccat corpus quia virtutem humectandi ꝛ calefaciendi habet: Calore aūt extracto ꝛ humido fit debilitatio vite: ꝛ ꝑ consequēs mors. Et hec est causa quare illi qui multum coeunt ꝛ frequenter: non sunt longe vite: quia corpora a naturali humido exsiccantur: ꝛ desiccatio est causa mortis: causa ergo sufficiēti posita ponitur effectus ei⁹ Et huic consonat quod dicit Arist. i. de longitate ꝛ breuitate vite: quia spma amplius emissum desiccat corpus: ꝛ subdit: propter hoc enim mulus longioris vite est quam asinus vel equus ex quo genitus est: vt femelle masculis: si masculi coitiui sunt. Et subdit quod propter has passiones masculi breuioris vite sunt femellis: est enim generaliter verum quod masculi longioris vite sunt femellis si coitiui nō fuerint Sic ergo ex intentione phi. ptz. quod vita hominis consistit in calido ꝛ humido radicaliter: quamuis in aliꝭs instrumentaliter ꝛ ministerialiter. Et sic patet quod coitus exsiccat: etiam patet quod posita causa conseruante effectum ponitur ꝛ ipse effectus: si vero causa destrueretur ꝛ effectus: ergo a primo ad vltimū coitus q̄ āplius fit est causa breuitatis vite: ꝛc.


De

¶ De materia spermatis.

Circa materiam spermatis sunt quedam notāda adhuc: scꝫ quod sperma viri aliquando durum est: ꝛ bene decoctum decoctione testiculorum: ita quod quelibet pars ita est sicut pticula lactis coagulati: ꝛ illud sperma album est velut lac coagulatum forti coagulatione: habet tamen naturā confirmande influxibilitatis: non in partibus suis sed de genitalibus vasis testiculorum: aliter enim non expelletur de vasis genitalibus in vuluam mulieris: ꝛ de isto spermate generatur robustus ꝛ fortis fetus: est aliud semen tenue ꝛ in suis partibus fluxibile: ꝛ illud non est bene decoctum: si illud expellitur ꝛ in matricem recipiatur fit ex eo fetus tenuis ꝛ fragilis nature: ꝛ illud habet naturam lactis liquidi ꝛ tenuis. ¶ Cōtingit enī aliquando debilitatio nature apud fetum quod caput debilitatur: ꝛ hoc quando mulieres impregnate alium puerum prius genitū cum alio nutriunt. ¶ Causa autem huius debilitationis est: quia materia de qua puer existens in vtero debet pasci ꝛ nutriri cedit in alimentum pueri prius geniti quem lactat mater ꝛ iste casus cōtingit hodierna die propter inexperientiam mulierum: causam istius defectus nescientes: ꝛ ideo mulieres impregnate nunquam deberent lactare pueros post conceptionē vel impregnationem alterius pueri vel fetus propter causas superius enumeratas.

FINIS.

1542.



5 shirts 1 crabat 1 bandcoat 1 half shirt
1 pair of sleeves 3 night caps 7 napkins 4 bands
4 pair of cuffs